

blenat: cū ait eos, qui natura sunt frigida, formidolosiores esse, contra qui calida audaces, Potest et in eum sensum deflecti parocmia, ut admonet, nequid alieno tempore fiat, quod officiat, quemadmodum mentha bellum inuitus est inutilis.

Ad cornus.

XCVI

Βάλλ' ἐς κόρυκα, id est: Abi ad cornus, perinde uadet, quasi dicas, abi in malam rem, atque in exitium.

Aristophanes, ὅν περὶ τῆς Βάλλ' ἐς κόρυκα, τῆς ἐς τὸ νόστος τῆς διγυμῆς id est: Apoge ad cornus, quis est qui pepulit hostium?

Rursum in Plauto: Οὐκ ἐς κόρυκα, id est: An non ad cornus? Iterum in eadem fabula: Εἰς ἐς κόρυκα, ἔστ' ἄρ' ὀφ' ἡμῶν, id est:

Ocyus hinc ad cornus abeat. Reperitur apud hunc poetam et alijs plerisque locis. Plutarchus in commentario, quem scripsit aduersus Herodotum existat eum, quod Isagoran ad Cares, uelut ad cornus relegarit, id est, quod eum Carem fecerit. Eleganter dictum est a Diogene Cynico, κερτῆρον σινδὴ ἐς κόρυκα, κερτῆρον ἢ ἐς κόρυκα, id est: Satius esse ad cornus deueneri, quam ad adulatores, quod hi et uiuos et bonos etiam utros deuorauerit, Zenodotus scribit in Thestalia locum esse quandam, cui nomen inditum Cornus, in quem nocte praecipites dabantur: atque huius adagij Menandrum etiam meminisse. Quosdam autem originem adagionis ad huiusmodi quandam historiam referre. Beroctijs quondam Arna incoletibus oraculo praedictum est, futurum, ut in finibus expellerentur, simul atque corui ab apparuissent. Euenit deinde, ut adulescentes aliquot per lasciuiam ac temeritiam, coruos, quos ceperant, gyro oblitos, rursum emitterent. Quos ubi uisissent uolantes Beroctijs recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis et sedibus eijciedi, summo opere perturbati sunt. Ceterum adulescentes, territi et ipsi tumultu, profugerunt, ac locum quandam sibi mercati sunt, cui nomen indidit Coracon, id est, coruorum. Contigit aliquando post, ut Aeoles cicadis Beroctijs, Arnam occuparet. Apud quos hic deinde mox receptus, ut maleficos relegaret in eum locum, cui nomen erat corui. Aristophanis interpres paulo diuersius hanc recenset historiam, nempe Beroctijs aliquid quando a Thracibus subuersis, ac prostigatis, respondiisse deum, ut ibi sedem figeret, ubi coruos albos confixerissent: confixerisse autem in Thestalia iuxta sinum Paegaticum circumuolantes coruos quosdam soli sacros, quos pueri per lusum, gyrfatos dimiserant. Beroctij uero rati iam perfectum oraculi symbolum inibi sedem constituerunt. Sunt qui parocmiam ad cornorum uolatum referant, quod in desertis ferè locis uolitare consueverint. Vt procerbum conueniat cum illo, in extremas solitudines publicitus deportandam.

Εὐριπίδης in Heccab: Οὐχ ἔσον τὰς, Νέσσωμ ἐρημῶν ἄντρον ἐκβαλ' τε ποί. id est, Non hincce solitarias

Quantum potest aliquid auferretis in insulas. Stratonicus ni fallor citharocodus apud Athenæum detorqueat in cantorem quandam. Is cum ei nescio quid molestius esset, λέξαι, inquit, ἐς κόρυκα, deprauata per iocum uoce λέξαι pro λέξαι.

Mitte in aquam.

XCVII

Βάλλ' ἐς ἕλκος, id est: Mitte in aquam, hoc est, aufere medio. Dicitur uel in hominem, uel in rem exitio digna. Tractum a supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare

praecipitabantur. Quae poena peculiaris erat patricijs apud Romanos. Vnde philosophus in Timone iubet aurum abijci in mare, quod aliquando scisse legitur Crates ille Thracianus. Horatius.

Vel nos in mare proximum Gemmas et lapides, aurum et inutile Summi materiam mali Mittamus, scelerum si bene poenitet.

Mibi non absurdum uidetur, si referatur ad aqua electysiarum dispensandam, ut intelligas in eis trahendum, et ad pro- uerbiū, quod alio diximus loco, ἔφ' ἑδ' ὡς ὁ πονερός, id est: sub aquam malus. Effertur adagium etiam hoc pacto, Βάλλ' ἐς ἕλκος, id est: Abi in perniciem.

In beatam.

XCVIII

Βάλλ' ἐς μακαρίαν, id est: Aufere te in beatam. Quibusdam placet dictum, κατ' ἐνθαμισμόν, pro eo, quod est in rem malam. Fingunt enim apud inferos locum esse quandam, cui nomen μακαρία. Aristophanes in Equitibus: Ἀπο' ἐς μακαρίαν ἐκποδ' ὄμ, id est.

Aufere te hinc proci in Macariam.

Ad consimilem ferme modum Athenæus dīprophēstiarum libro primo, ἐς μακαρίαν τὸ λυγρόν, id est: In beatam balneum. Deouert enim balneum unde male fuerat effusus. Plato in Hippia maiore. Βούλας ἐς μακαρίαν τὸν ἕλεθω ποῶν, id est. Aufere in beatam boninem. Alij fabulam huiusmodi allegant. Narrat Macariam Herculis filiam fuisse, de qua praedictum erat oraculo, ut se uero morti objiceret, sic enim Athenas fore liberat ab incursione Eurysthei, si quis Heraclearum se sponte offerret ad necem. Itaque Hercules defuncto, cum Eurystheus illius liberos insecraretur, atque illi ad misericordiae aram confugissent, Athenienses reculant eos in hostium manus tradere, cum Eurystheus bellum susceperit.

Porro adito oraculo futurum, ut Athenienses ab Eurysthei incurfatione liberarentur, siquē liberos Herculis senet inferis deuoueret. Macaria, siquē sponsum mortui obtulit. Quo facto congressi cum hostibus Athenienses uictoriam reportarunt, cum alijs quamplurimis interfectis, tum Eurystheo ipso, ab Hylō, siue Iolao Hercules filio percipito, cuius caepa amputatum ad Alcmenam detulit. Illa defuncti oculos effudit. Ceterum Athenienses Macariae tumulum floribus et coronis decorantes, dicebant. Βάλλ' ἐς μακαρίαν, id est:

Mitte in Macariam. Hinc igitur ortum adagium. Primum de his ferebatur, qui sese per uirtutem in periculum sponte demitterent, deinde de quouis piculo dici poterunt. Passim uis resert Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna uis Persarum perierit ignorante uiarum in ipsam prolapsa, qua ex re natum uideri potest prouerbium.

Alabanda fortunatissima.

XCIX

Αλαβάνδα κατὰ τὸν εὐχρησάτην, id est: Alabanda Ceterum fortunatissima. Stephanus in commentario de uerbis tradit Alabanda Cerie ciuitatem esse conditam a Care, a cuius filio nomen sortita sit. Siquidem is postquam in eques- stri proelio strenue nauasset operam, Alabandus esse dictus. Cares enim sua lingua Ala uocant equum, Banda uictoriam. Eamque uocem ait Romanis etiam in usu fuisse, ut bandam uictoriam dicerent. Equidem opinor, hinc Germanis diu rare uocem eam, qua propeotem et antique nobilitatis principem, Banderum uocant, ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Addit ex Philoxeni in Odysseam Homeri commentarijs, solacisimū genus esse quod Alabandi acum uocetur: ueluti si quis nisi pro οὐ ποῖται aut apud

aut apud nos, non pro ne, aut quod pro ut. Quandoquidem Homerus quoq; Caras Ἰσθμοσφορέας appellat. Iuuenalis in tertia Satyra, Alabandam recenset inter urbes, barbaricis delictis, ac locu perditas.

Hic alta Sicione, est hic Anydone relicta:  
Hic Andro, ille Samo, hic Tralibus, aut Alabandis.

Stephanus admonet olim Alabandam inter Carie ciuitates opulentissimam, ac florentissimam fuisse, ut prouerbio quoq; locam fecerit, quod modo retinimus. Quadrabit igitur, ubi uolemus intelligi, fortunam amplam, et uita genus uoluptarium, quamquam a literis et uiribus studio alienam. Veluti sit dicat ad aulicos aut negociatores quispiam: Alij se literis macerēt, alij cum paupertate philosophantur, ἐλάσσονα καὶ ῥῶτον ἐπιτυχέστερα. Itaq; consue fuerit illi, quod dicto dictum est loco ἐὺδ' αὐτῶν καὶ ῥῶτον, id est: felix Corinthus. Poterit et per hirsionem usurari, ueluti si ueherens in quempian parian egregium, qui tamen in gente inermem barbara crassaq; praecellere uideatur ἐλάσσονα καὶ ῥῶτον, &c.

**Rubo arafecto praefactor:**

Αῤυμῆσι ὄταν ῥῶτον ῥῶτον, id est: Rigidissimus rubus aridus. Aut ἀῤυμῆσι ὄταν ῥῶτον ῥῶτον, id est: Rigidior arido rubo. Prouerbialis est comparatio, in difficillem, atq; inexorabilem, ac praefectam, et suorum, ut uulgo uocant, morum hominum. Quod genus homines Graeci uocat ἐὸν θεῶσδεσ, id est: suo quodam instituto uiuentes, experterq; sensus communis. Refertur ad agium a Suida simul et a Zenodoto. Ductum admonet in rubo, qui simul atq; exaruit, rumpi potest, insecti nequaquam. Vnde et in senes accommodatus dicitur, etatis initio difficiles.

**CHILIADIS SECVNDÆ CENTVRIA SECVNDA.**

**Tristis scyrale. I**



Χυρδὴν σκυτάλην, id est: Tristis scytale. De re tristi, seriāq; dicitur, ad de nūcio, qui dolore adferret. Meminit huius Aristophanes in Lysistrata. Refertur a Diogeniano. Quin Aristophanes grammaticus librum conscripsit τῆς τῆς σκυτάλης ἀχρυρδῆς, cinnatq; ab Athenaeo libro dipnosophista rium tertio. Plutarchus in conuidio septem sapientum, τῶν τῶν αὐτῶν ἐπιτομῶν, οὐδὲν ἔρ τις ἄλλο, πλὴν ἀχρυρδῆν σκυτάλην προσέειπε, id est: Aethiops mandatum istud, quid aliud appelles quam scyralam tristem? M. Tullius ad Atticum: Habes scyralam Laconicam. Quod quidem uide tur non absurde, uel ad epistolam perbreuem, uel ad obsecra et arcanis de rebus conscriptam: uel ad sollicitam ac tristia nunciandam, ac mandantem accomodari posse. Quid sit autē Scytale Laconica, docet Aul. Gell. noctiū Atti. lib. x. vij. cap. ix. Sed ipsius uerba praesertim adscribere. Laedemonij aut, inquit, ueteres, cum distimulare et occultare literas, publice qd imperatores suos missas uolebant, ne si ab hostibus ex cepta forent, consilia sua noscerentur, epistolam id genus factas mittebant. Sarcali duo erant teretes, oblonguli, pari crassa mento, eiusdemq; longitudinis, derasi, atq; ornati consimili ter. Vnus imperatori in bellum proficenti dabatur. Alterū domi magistratus cum iure, atq; cū signo habebat. Quando usus uenerat literarum secretorum, ut circum sum sarcalum loram modice tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, coplicabant, uolumine rotundo, ac simplici, uti ora adiuncta undiq; et coherentes lori, quod pliedabatur coitēt.

Literas deinde in eo loro per transfugas iuncturarum oras, uersibus ab imo ad summum proficentibus, inscribebant. Id lorum literis ita per scriptis renouitum ex sarculo, imperatori commentis illius conscio, mittebant. Reuolutio autē lori literas trimes atq; multas reddebat, membrāq; earum et apices in partes duertissimas sbargebat. Propterea si id lorum in manibus hostium inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille, ad quem erat missum acceperat, sarculo compari, quem habebat capto, ad finem perinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atq; literas per ambitum eundem sarculi coalescentes, rursus sum coibant, integrāq; et incorruptam epistolam et facilem legi praestabant. Hoc genus epistolae Laedemonij σακτάλην, id est: loricati sarculum appellat. Haesenus Aulus Gellius. Memini huius rei Plutarchus in Lysandro. Cui Pharnabazus rex supposititia Scyrala imposuit. Suidas eadem ferre refert, quae Gellius de scyrala. Strabo geographiae lib. primo, hyperbola hac quoq; commemorat: Ager angustior est, quam scyrala Laconica.

**Hirundinum musca.**

Χελιδόνων μύσση, id est: Hirundinum musca. Aristophanes in Raniis: Ἐπιχυρδῆδες ταῦτ' ὄσι ἡδὲ σωμύλλματα χελιδόνων μύσση, λαδοκαὶ τέχνη; id est: Sunt ista folia, et stulta blateramina, Musca hirundinum, artis, ac subuersio.

Interpres admonet prouerbium esse in impendio loquaces, et obsistere. Hirundines enim inepto garritu plus tēdij auditoribus adferre, quam uoluptatis. Est enim haec auis mihi me canoras, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cum uicant ne quis hirundinem sub eodem habeat testio. Aptē dicitur in poetas indoctos, oratores loquaces magis, quam eloquentes, aut in caetum hominum inepte loquacium.

**Luscinae nugis insidentes. III**

Ἀνδόνες λέχων ἐγκωμῆσθων, id est: Luscinae nugis insidentes. Proximum illud ad imperitos, et tamen gerulos conuenit, hoc ad crudos, qui tamen immodice suo studio desistent. Quod genus fuit poetarum potissimum. Plautus in Bacchidibus ad puellam transitit: Metuo, inquit, ne luscina mole desuerit cantio. Quamquam in Graeco prouerbio iocosa deprauatio uideatur inesse, ut pro λόχωνος dictum sit λέχωνος. Sumptum esse autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quae huic auiculae tribuitur. Siquidem, ut narrat Plinius lib. duodecimo, capite utesimo nono: Diebus non otibus quādecim continuis circa intermissione cantit, densante se frondium germine. Multis nominibus admiratione digna auis. Primum tanta uox in tam paruo corpusculo, tan pertinax spiritus: deinde in una perfecta musicae scientia. Modulatus editor sonus, et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguatur conciso, copulatur in toto, promittitur, reuocatur, infusator ex inopinato, interdum et secum ipsa mouetur, atque plenus, grauis, acutus, creber, extēctus, ubi in sum est, uibrans, sanmus, mediū, inuis. Breuiter, omnia tan paruelis in fluctibus, quae tot exquisitis tibiurum tormentis, ars hominum excogitauit. Ac nequis dubitet artis, esse plures sinē gulis sunt canius, et non idem omnibus, sed suis cuiq;. Certant inter se, palamq; animosa contentio est: Vidē morte si nō sit sepe uitans spiritus prius desiciente, quam cantu. Medietantur aliae uimores, uersusq;, quos imitentur, accipiunt. Atque dicit discipula intentione magna et reddit, uicibusq; reticent.

Intelligitur

Intelligitur emendate correctio, et in docente quedam reprehensio. Hec et alia nonnulla de Lusinarum cantu refert Plinius, quo diximus loco.

**Asinus portans mysteria.** IIII

Οὐδ' ἄγχι μυστήρια. id est Asinus portans mysteria: In eum dicebatur, qui prater dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti, si quis ignarus literarum, bibliothecae praefectus esset. Aristophanes in Ranis: Νῦν τὸν Δι' ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἄγχι μυστήρια. Atὰς οὐ καίβηθε ταῦτα τὸν πλάσιον θεόνου. id est: Ita per Iovem sum asinus uelens mysteria.

Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quod olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposta deportabantur. Quadrabit et in eos, quorum opera a dijs duntaxat est usui, cum ad ipsos prater molestant nihil interim redeat. Veluti, si quis cibos dijs gesset, quibus ipsi non liceat uesci: Huc allusisse uidetur Apuleius, cum se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit Demonem ad lapidem molarem referre, quae Graeci ovon appellat propterea, quod in sacris, molis frumentarijs coronas imponere consueverint. Itaq; torquetur eleganter in eos, quibus immerentibus honores habetur. Veluti cum in doctis doctoris titulum, pileum, et anulus, aliaq; id genus insignia tribuantur.

**Iterum tranquillitatem uideo.** V

Δὴ οὐ γὰρ οὐδ' ἔξω, id est: Iterum denno tranquillitatem aspicio. Aristophanis interpres proeuuuium esse scribit, quo non significatus ē malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus conquiescente procella, grata solet esse tranquillitas.

**Aristophanes in Ranis.**

Ἐξέσι Δ' ὡσαύτῃ ἢ γέλοισ' ἢ μίμῃ λέγῃμ. Εἰ κινεῖται τῶν ἄνθρωπων αὐτὴ αὐτὴ αὐτὴ γὰρ οὐδ' ἔξω. Non autē obiter Aristophanes, Euripidis τρωπολογίῃμ, apud quem hic uersus est in Orestes: Αὐτὴ αὐτὴ γὰρ οὐδ' ἔξω.

Quam eandem irrisit etiam Stratis. Quamquam uidetur et illius subesse in Graecanicis uerbis γαλλὸν ἔξω, id est: fletum uideo, et γαλλὸν ἔξω, id est, tranquillitatem uideo. Atqui uicissim Euripides apud eum comicum Aeschylum texat, qui bis idem dixerit in hisce uerbis:

Δις τοῦτῳ ἡμῖν εἴωπερ ὁ σοφῆς ἀνθρώπου, Ημεῖ γὰρ εἰς γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν καὶ κατ' ἑαυτῶν. Νῦν τὸν Δι', ὡσαύτ' εἰ τις εἴποι γέλοισι, Ἐξέσωσιν σὺ μὲν ἑσάμην, εἰ δὲ βούλῃ κάταδοτομ. id est: Sapiens bis idem est nobis locutus Aeschylus.

Ad terram enim, inquit, uenio et accedo: uelut si per Iouem, uicino ita quis dicat suo: Μάστῃμ, αὐτὴ καμίστῃμ, si libet, mihi commodā.

**Pindarus in Isthmijis:**

Αλλὰ νῦν μοι γαῖάσχη' εὐδαιμόν' ὑπερσάσῃμ ἐκ χεῖρ' ἡμῶν. id est:

Sed nunc Neptunus mihi tranquillitatem praebuit ex tempestate. In tranquillo est. VII

Ad hanc formam pertinet T uentianus illud ex Etmucho: Tum autem Phaedria meo fratri gaudeo esse amorem in tranquillo. Item illud: Qui te in scopulum de tranquillo auferat. Et quod alibi dicitur, Ego in portu nauigo.

**Septennis cum fit, nondum addidit dentes.** VIII

Ἐπὶ ἄστῃς ὡμ' ὀδόντας οὐκ ἔραυσε, id est: Cum sit septē

natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet pronerbio dici solere. Mihi quadrare uidetur in eū, qui nati grandis, tamē addidit quae pueri agit. Aut qui diu commemoratus alibi, nihil adhuc auctoritatis, aut honoris sit affectus. Metaphora a maturo sumpta uidetur ab insipientibus, quibus circiter annum etatis septimum, omnes dentes soleant enasci. Aristophanes in Ranis: Ζεὸς-ἡμῶν ἄρχιδέμου, ὅς ἐπὶ ἑπτάς ὡμ' οὐκ ἔραυσε φρέστος. id est: Taxemus Archidemum

Septennis hic nondum tribules addit.

Vbi poeta captans iocandi occasiōnem, pro ὀδόντας, φρέστος, mutat. Taxat enim obiter Archidemum quempia, qui morem Athenensium negligebat, apud quos hostes septem annos in ea uersatus ciuitate, in ciuium numerum adscriptus, iam uelut in cognationem ac ius illorum ascribebatur.

**De pulchro ligno uel frangulare.** VIII

Ἀπὸ καλῆς ζύλης κάρ' ἀπὸ ἔξωδ'. id est: De pulchro ligno etiā frangulari cōueni. Admonet parcemia, calamitatem tolerabiliorē esse, si cum honestate fuerit cōiuncta, et decore uacauerit. Veluti, si uirgo uitiatur a generoso, ac pre diuitem amatē. Aristophanes in Ranis ad pronerbium alludēs: Εἰ ἄξιός γέμῃ τὸ ζύλην ἢ τὸ ἄσχευε, ὡσχευ τὸ εἰσοφίε δουλοῦσται. id est:

Digno si quid ē ligno rei perferetis, ferre cordatis uidebimur uis: Quasi minus miserum sit suspēdium, si ex arbore pendat in signi. Circumferitur huic similitudinē proseruium etiam hoc die apud nostrates: si demergendus sim, in aqua pura me demergam, hoc est, si perēdium est, honesta morte perire sciatius. Aut si peccandum, honestiore peccandum titulo. Potest referri et ad eos, qui uincuntur quidem, sed a uictore tam in se, ut honestius et optabilius uideantur, sic uinci, quam alios quosdam uicisse. Vnde est Vergilianum illud:

Aeneae magni dextra cadis.

Et apud Ouidium, Hic pudendum sibi putat cum Vlyssē, uel certasse, etiam si uictor discesserit.

Mecum, inquit, certasse ferretur.

Item apud Homerian Iliados. et ad hunc modum loquitur Achilles:

Ως μὲ ὄφελ' εἴκατο κτεῖνοισ' ἐνθάδε τῆ ἔσθ' ἄξιός ἐστι. Τὸν κάγαδὸς μ' ἔπειθε ἄγαθον δ' ἐμὲ ἐξενάξιός ἐστι. Νῦν δέ με λυγροτέρω θανάτῳ ἡμῶντο δαλῶναι. id est: O si me necet, huc qui egit fortissimus Hector, Tuam gnauus gnauus uictus uirtute perirem. Nunc me fata uolunt obscura morte perire.

Pindarus in Pythijs hymno tertio, non dissimili sensu dixit καλὸν πῆμα, id est: pulchra noxa: de Ixione loquitur qui deceptus imagine Iunonis sibi parauit exitium.

**Non Chius sed Cius.** IX

Didymus proeuuuium subesse putat in his Aristophanis uerbis, οὐ χι' ἔδδα κί', id est: Non Chius sed Cius, propter uulgato scommate notatam gentis inconstantiā, ac uolubilitatem, pro temporis y atione commutantis in iustitiam, ac idem ad fortunae commoditatem accōmodantis. Aristophanis carmina, ē Ranis sunt haec in Theranem: Πήλωκεμ ἔξω τῶν καυτῶν, οὐ χι' ἔδδα κί' id est: Euolauit ē malis, haud Chius, imo Cius.

Quamquam hoc loco Aristarchus Cous legit, non Cius. The raneus enim Cous fuisse dicitur. Fortassis allusum ad id, quod is Theranem fuerit Prodicī Cōi discipulus. Huius mementionem

tionem facit et Lucianus in anoribus. Itaq; et ipse quoque si fieri possit, optatum Theriacenes fieri ille coturnus. Porro de cothurno diximus alibi.

Extra oleas. X

Εκτός τῶν ἐλαίων φέρεται, id est: Extra oleas fertur, ubi quos terminos prescriptos transgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia facit, dicitur. Aristophanes in Rana: μή σέ δ' ἄνομος ἐπαύσατο. Ekτος τῶν ἐλαίων, id est: Nec te correptum irā extra oleas aufert.

Interpres adagium hinc natum ait. Scdria in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per seriem positis, utriq; sequebatur, quas praeterire nō licebat: proinde, qui praeterisset oleas, extra stadium currere videbatur.

Coronam quidem gestans, ceterum sitis perditus. XI

Στέφανον ἢ ἔχωρ, δ' ἰψὴ δὲ ἀπολλωλαός, id est: Coronam quidem gestans, ceterum sitis perditus. In temulentum et licō concen apte torquetur, quiq; obligatrix re redactus sit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus:

ἄσπρ' ἰκονῆς, στέφανον ἢ ἔχωρ, αὐτὸν δ' ἰψὴ δὲ ἀπολλωλαός, id est: Quæmadmodum Connas, coronam quidem gestans aridam, uerum sitis perditus.

Taxat autem Cratinum comicum tāquam ebriosum, ac delirantem. Effertur adagium et ad huc modū apud Drogentium: Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον ἢ ἔχωρ, δ' ἰψὴ δὲ ἀπολλωλαός, id est: Vir Delphicus cum portet serm, sitis exanimatur.

Natum esse à moribus Conne causam. Is primū erat tibicane uinosis, atq; in conuiuijs assidue coronatus potabat. Nā piscis mos erat in comotationibus coronas gestare. Deinde è tibicane factus est Olympionices, atq; in olympijs saepe uictor coronatus tulit, unde Cratinus cum, πολλὸν στέφανον ἠοεῖται. Alioquin pauperimus, neq; tantillo ditior factus suis uictor ijs. Nihil enim habuisse fertur, praeter oleastrum.

Aphya in ignem. XII

Ἀφία ἐς πύρ, id est: Aphya ad ignem. Prouerbum in ea, quæ celeriter intereunt, aut absumentur, siue quæ facile, ac statim conficiuntur. Nam Aphya piscis genus molle, ac tenerum quod admodū igni proximum decoquitur. Frigidat autē in oleo seruienti: unde fertur et illud apud Græcos, ἀφύωρ πύρην ἐλαίου, id est: Aphyarum honor oleum, ac protinus, ut contigerunt oleum iam decoctæ sunt. Hūc piscem, Suidas scribit etiam ἀφύωρ, id est: spumā appellari propter candorem, et ἔρρωλαιρ, complura commemorans eius genera. Athenæus lib. septimo quibusdā et ἀφύωρ dici nimis à spuma, et ob id Veneri sacrum, quod eam ποίεσθαι fibula gignat è spuma maris. Idem eorum que supra diximus Clearchum adducit autorē, addens et ad hunc modum effertur paromā, id est πύρ ἀφύα, id est: Aphya uidet ignem. Quasi uisisset modo sufficiat ad decoctionem. Non dissimile ei quod alibi recens sumus τὸν ἵππον ἐἰς πύρ, id est: Equum in planicie.

Boliti poenam. XIII

Βολίτιος ἰκτίς, id est: Boliti poenam, dicitur, ubi quis de re frivola, nihilq; plebitur. Bolitus autē Græcis significat steracus bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ poenam minabatur etiam ijs, qui bubulum sterucus furtio iussidissent. Huc allusit Aristophanes in Equitibus:

Τὸς βολίτιος ἠτέλου, id est: Bubulis stercoreibus uictus.

Hesychius putat Græcis idem βολίτιον et βολίτον, nisi quod prius illud Ionum sit peculiare. Sic autem appellari uoluit excrementa, quod liquidiora sint, quàm ceterorum anim-

antium: citat autem et Hipponactem et βολεῖται κατὰ γινέτω dixerit foemina opinor extreme contemptam: Et βολεῖται, uelut è bubulo stercore conflatum.

Haud unquam arceat ostium. XIII

Οὐδέ ποτ' ἔχει ἠδύς, id est: Haud unquam arceat ostium. Interpres Aristophanes paromā admonet esse de ijs, qui in pendio sunt hostiiles, quorum fores semper patentes nemini excludunt. Supra ait ex Eupolidis comœdia, cui titulus Ὀλοῖ. Eleganter accommodabitur uel in credulū, qui quoduis mendacium admittat acribus, uel in mulierem nulli negantem.

Semper aliquis in Cydonis domo. XV

Αἰ τίς ἐν οὐδ' ὠ, id est: Semper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthius quæstionum erat, adeo insignis hospitalitate, ut etiam prouerbio locum fecerit. Refertur à Suida pariter, et à Zenodoto, neq; non ab Aristophane interpretate. Hæc cum non careat gratia, quoties simpliciter accommodantur ad homines Ὀλοῖες, tamen plusculum habebunt Veneris, si ad animum deflectantur: ueluti si quis admoeat piūm hominem, ne sinat animum suum quibuslibet cogitationibus patere.

Summis unguibus ingredi. XVI

Ἐπ' ἄκρον οὐνύχου, id est: Summis unguibus. Metaphora prouerbialis in eos qui audis auscultant. Nam ijs solent semet in summo pedes erigere: καὶ ἐπ' ἄκρον οὐνύχου ἐοδ' ἴστω, id est: Summis ingrediens pedum unguibus, in fastuosos. Refertur adagium ab Aristophanis interprete, ἐν ἄκρον ἔστ' ἔστω, utatq; huc alluisse poetam, cum ait: Εὐδύς διὰ τὸν σέφ' ἔπ' ἄκρον τῶν πυγῶν ἐκώδ' ἔστω, id est:

Protrinus ob coronas in summis natis sedetis, id est: Effertimini, uobisq; placetis.

Haud impune uindemiam facies. XVII

Οὐκ ἐρήμος τρυφήσας, id est: Haud impune uindemiam facies. In eos competet, qui nullo seruante, impune decerpunt uias. Aristophanes in Vespis:

Ἀλλ' οὐκ ἐρήμος οὐδέ ὄντα ζῶ' ἄστω τρυφήσας, id est: At ne existimetis uos adeo facile, atq; impune uindemiam facietis.

Nam ἐρήμιας Græci fieri dicunt, quod sit nullo prohibente, nulloq; obfistente. Confine est illi, quod alio retulimus loco: Γλακὴ ὄσπασας φύλας ἐκλελεπτό. Solent enim uitibus et pomarijs adhiberi custodes, praesertim autumnū, cum iam maturi fortis uentum inuadant.

Mens est in tergoribus. XVIII

Ὀνὸς ἔστω ἐν τοῖς σπῆταισιν, id est: Animus est in tergoribus, de follicitis dicitur solitum, quiq; malum aliquid imminens timere uidentur. Aristophanes in Comœdia, cui titulus Pax:

Ἡ μόχτος μὲν ταῦτ', ἄλλα συννώμιον ἔχει. Ὀνὸς γὰρ κίχου ἦν τότ' ἐν τοῖς σπῆταισιν, id est:

Peccauimus quidem ista, sed ueniam dabis, Tum namq; nos ter in corijs erat.

Metaphora sumpta est, uel à loris, quibus caduntur serui. Nam hæc è bubulis tergoribus fecantur. Vnde Plantinum enigma: Vbi uinos homines mortui incusant boues, uel à clypeis, qui bubulo corio solent obacui. Proinde congruat, uel in eos, qui flagra metuumt, uel in hos quos belli uidentis melius habet follicitos. Non dissimile Terentianum illud ex Eunucho:

Eunuchus: Tamdudum animus est in patinis. Item illud Aristophanicum in Vespis, de homine litium auido.  
 Ο υδρ πέταροι νύκτα τήσι πλώ κλέιδεζαρ. id est:  
 At uoluit animus nocte circa clepsidram.  
 Breuiter quacumq; in re sumus intenti, in ea dicitur esse.

Συτήν βλάπτει.

XIX

Συτήν βλάπτει, id est, ut uerbo uerbū reddā, tergora tue-  
 tur. Cōiūne proximo, quo significabāt quempis prae se ferētis  
 uultu, quod mali quibpā in insare suspicarietur, idq; cōiecturis  
 aliquibus colligeret: ueluti siquis cōspicētis boum tergoribus,  
 bellum futurū colligeret, quod his integantur clypei. Citatur  
 adagiū ex Eupolidis fabula, cui titulus Chryso genes.  
 Α πεχυνός βλ' οὐ τὸ λαγυδιούρου σὺν τῷ ελευπε: id est:  
 Itq; omnino, quod dici solet, tergora tueatur.

Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum proverbium  
 dicere, quod in clypeis, barbaricae quae piam et horrendae facies  
 depingi sculpiue solent barbarorum, aut Cycloporum, aut  
 beluarum etiam, ut eam ob causam qui trucidatō esse uultu,  
 σὺν τῷ βλάπτει dicerentur. Athenaeus libro tredecimo,  
 Οὐ πολλὰ δὲ

Συφοροῦσαν τῷ, et Διδιδέξαντος σὺν τῷ βλάπτει, id est:  
 Qui nihil se fecit emendatiorem, tantumq; docuit torum  
 obtineri.

Sentit enim discipulū à philosopho nihil aliud didicisse, quā  
 supercilium et uultus truculentiam. Quāquam hoc adagiū  
 in sua duntaxat lingua gratiam habere potest. Aristophanes  
 in Vespis, ἐγὼ οὐ τίμωτον εὐέωρον σκῆπτρον ποίησα.

Cochleare crescet. xx

Δοιδ' υδ' αὐξήδ', id est: Cochleare crescet. Chrystippus apud  
 Zenodorum et Aristophanem interpretē ait, hāc paronimiam  
 dici solere in puillos homiōnes per ironiam, Nā cochleare  
 et puillus est e contortum. Aristophanes in equitibus,  
 Σκῆπτρον Διοχρησίμου Δοιδ' υδ' ἡδ' ἡδ' τοῦ υκ. id est,  
 Duo uilia uasa, cochleare et toryna.

Est autem Toryna, qua mouetur olla.

Connae calculus. XXI

Κόννην ἴδω, id est: Connae calculus, in hominem, aut  
 rem nihil, nulliusq; momenti. Proverbium manauit à Conna  
 quoppiam cisbarcedo, siue ut quādam uolunt, Iyrista ex eo-  
 rum numero, qui citra uocem organo canebant. Sicut qui di-  
 cunt Connam fuisse quendam extreme fortis hominem, qui  
 deuor ato patrimonio pauperimus fuerit. Callistratus apud  
 Aristophanis interpretem, ad hunc modum effert paronimā,  
 κόννην θῆσιον, id est: Connae ficulum folium, quod eo lustrare  
 fit solitum. Aristophanes in iuicis:  
 εἰς ἢ ἡ γυνώτου κόννην ἴδωρον. id est:  
 Te quāde Conna suffragiū existimāt, hoc est, nihil ducēt.

Vnicum arbutium, haud alit  
 duos erithacos. XXII

Μία λόχημ σὺ ἕξερα δ' ὄνο ἐριθάκος, id est: Idē arbutiū  
 non alit duos erithacos. Zenodorus autor est, hoc adagio  
 notatos illos, qui ex rebus minutis sejināt dūscere. Mibi uidea-  
 tur non intemptuiter dici posse in eos, quibus parum edue-  
 nit, nec in eodē numero concordatē uersari quētū. Est autem  
 Erithacus avis quaedam solitaria, ut eodem in saltu non teme-  
 re nisi unam inuenias. Hanc Theodoros Gazza, nunc Syluā,  
 nunc Rubeculam interpretatur. Thomas magister ait à qui-  
 busdam ἐριθάκος uocari, ab alijs ἐριθόλορ, à plerisq; ἐριθό-  
 κορ. Aristophanes elegatē ad hoc allusit adagiū in Vespis:  
 οὐ γὰρ αὐποτε  
 τῆξερον δ' αὐματ' ἄρ' μία λόχημ κλέηται δύο. id est:

Nec enim unquam unum arbutium, duos fures possit alere.  
 Non omnino disimile est huic quod dixisse fertur Alexander  
 magnus: Mundum non capere duos foles.

Pedibus ingrediōr, natare enim  
non didici.

XXIII

Πεῖθ' βουδ' ἴζω, νέμ' γὼν οὐκ ἐπίσωμαι, id est: Ambulo  
 pedes, nandi imperitus [scilicet. Prouerbialis senarius, in eū,  
 quā maiorum rerum imperitus minucioribus negocijs sese ex-  
 ercet. Aut qui propter imperitiam, priuatus et humilis uiu-  
 at; aut qui sese necessario cōfert ad alium genus, quādoquidē ad  
 illud, aut illud nequaquam est idoneus: ueluti si quis negocia-  
 tor fiat, ad literas indoctus. Refertur huic adsmilis uersus  
 Πεῖθ' βουδ' ἴζωμ, οὐκ ἐπίσωμαι σὺν τῷ φρ. id est:  
 Fodere imperitus pedibus ambolo meis.

Apud Aristophanem in aulibus Iycophanta similiter excusat  
 suam professionem. τὶ ἐπὶ ὧδω, σκῆπτρον οὐκ ἐπίσωμαι,  
 id est: Quid enim facerem, fodere non noui. Huc uidetur refer-  
 rendum et euangelicum illud: fodere non ualeo, σκῆπτρον  
 οὐ δάωμαι. Fositionem enim pro quauis opera mercenaria  
 posuit. Aristophanes in Vespis:  
 Συγγνοθ, ἡδ' αὐξήδ' φρ' ὕψ' οὐκ ἐπίσωμαι, id est:  
 Ignosce, neq; enim canere doctus est Cheli.

Nimirum alludens ad uulgatum adagiū, perinde quasi di-  
 cat: Reliquum imperitus artium, furto tantum rem parat.

Item in Equibus:

Οὐδ' αὐ μωσικὸν ἐπίσωμαι, id est: Neq; musica didici.  
 Vna domus non alit duos canes. XXIIII

Εἰς οἶκον οὐ δ' αὐατοῦ ἕξερον τῶν δύο κύνες, id est:  
 Eadem domus non bene canes alit duos. Prouerbio iactans  
 senarius in eos, inter quos parum conuenit, propter idem lue-  
 rum quod communiter expetit. Sic idem regnum non fert  
 duos tyrannos. Eadem res publicas non fert duos expilatores.  
 Idem munus, non fert duos ambitiosos, quorum uterq; con-  
 tinere primas. Refertur Ab Aristophanis interprete.

Vallus uitem decipit. xxv

Ἡ χάραξ τῶν ἀμπελων ἐξυπάπτει, id est: Vallus uie-  
 tem decipit. Vbi quispiam ab eo fallitur, aut leditur, à quo pē  
 debat, cuiusq; fidei iudicatur. Traditū à uallis, quibus alle-  
 gate sulcuntur uites. Est autem interdum, ut illi radicibus  
 acis, ramis ac frondibus suis uitem strangulent, aut prostrati  
 palmitem secum trahant. Aristophanes in Vespis:  
 Εἶτρα νῦν ἐξυπάπτει, ἢ χάραξ τῶν ἀμπελων, id est:  
 Itāne circumuenit ipse uineam palus suam?

Trepidat in more galli cuiuspiā. xxvi

Ἐπίσει υδ' τις ἀλέκτρος, id est, Trepidat tanquā gallus  
 gallinaceus. In male affectum et commotum, aut etiam pau-  
 uitantem opportune dicitur. Ἐπίσει enim Graecis fugitare  
 significat, atq; exarsescere, pedalariter autem de aulibus di-  
 citur. Aristophanes in Vespis:  
 Ἐπίσει φρ' αὐχ' ὠσ' αὐχ' ἀλέκτρος, id est:  
 Galli in morem Thrymichis horret.

Fuit hic Phrymichus Melanthē silus, Atheniensis, tragoe-  
 diarum scriptor, quem Athenienses mille drachmis multa-  
 rant, quod Milesiorum excidium tragœdiae complexus  
 esset. Quod quādem ego non adscripturus eram inter adae-  
 gia, nisi commentarius Aristophanis hoc nominatim pro-  
 uerbij loco retulisset. Meminit huius et Plinarchus in Al-  
 cibiade, cum ante fuisset ferox et inuisus, ex Soerat-  
 tis familiaritate, cuius singularem integritatem suspiciebat,  
 ceperit esse mansuetus ac modestus. Citat autem hunc sena-  
 rium et poeta quopiam,

Επιπέδον ἄνευ ὕψους, ἰδὲστ, **id est,**  
 Pavidus refugit, more gallinæ.  
 Quam uiculus das ille summittit suas,  
 Meminit huius et in iata velpedie. Certamen autem gallo-  
 rum apud ueteres solemitur ac publicitus exhibebatur. Cete-  
 rum, quamquam animal natura pugnacum est, tamen gallus ubi  
 se sentit imparem in conspectu, mire dectatus ac supplex profi-  
 git, risum præbens spectatoribus.

**Non magis parcemus, quam lupis.** xxvii  
 οὐ φασόµεθα µάλλον ἢ λύκους, id est, Haud magis  
 parcemus ac lupis. Aristophanis interpres prouerbialem si-  
 gior a esse admonet, inde nata, quod antiquitus lex ad interfi-  
 cendos lupos, etiã præmio imitabatur apud Atticos. Etenim  
 qui lupi catulam interemisset, huic talentum, qui adultum oc-  
 cidisset, duo talenta dabantur. Vnde et Apollinem, λύκων  
 ἡγεύτα λυκακτόνον, cognominantur. Aristopha. in Auiibus:  
 φασόµεθα γὰρ ἢ ἀνὴρ µετάρῃ ἢ λύκων, id est,  
 Quid enim his magis parcemus, atque ipsi lupis?

**Nisi quauid ait.** xxviii  
 ἢ οὐδὲν εἶπε εἰδὲν ὄρευσ, id est, Nisi si qua uidit auis, Hy-  
 perbole prouerbialis de re ueterum occidit. Aristo-  
 phanes in Auiibus:  
 Οὐδὲν εἶπε τὸ ἐν Γαυρῷ τὸ ἐμὲρ πάλιν εἶπε ἀπ' ὄρευσ, id est,  
 Nemo uidit thesaurum meum, nisi quæ auis.  
 Suidas etiam huiusmodi uocabulum citat ex Aristophane:  
 Οὐδὲν εἶπε πρὸς τὸ οὐδὲν εἶπε τὸ εἶπε τὸ εἶπε, id est,  
 Nemo me conuincit nisi præteruolans auis.

**Perdicis crura.** xxix  
 Πέδιον τὸ ἐν ἐλάτῃ, id est, Perdicis tibia. Padius campo  
 quæspia erat at Claudium ab Aristophane locis aliquot notatus,  
 unde et in prouerbum abiit. Cum uocacionem fecit Aristo-  
 phanes generacionis in prouerbijs, uocacione solimonia diceba-  
 tur, in crura generacionis distinetur. Describit in Suida, πεδί-  
 ον τὸ ἐν ἐλάτῃ, id est, Perdicis pes. In uiridis quadrat. Cita-  
 tur hoc carmen apud Athenienses in primis libri fragmentis.  
 Ἐλάτῃ πεδίον μοι κρητὸν πρὸς τὸ εἶπε, id est,  
 Auid a d'oto uis, ἢ πελακώδης τριεθότος, id est,  
 Infunde bibere, et crura pendosis mihi.

Matulam det aliquæ, ut placuit, porrigit  
 Verum haud uideat hoc ut prouerbium admodum facere.  
**Tolle calcar.** xxx  
 Αἶρε τὸν ἄντικρυνον ἄντικρυνον, id est, Tolle calcar ulro-  
 rium. Extat adagium in Aristophanis Auiibus.  
 Αἶρε τὸν ἄντικρυνον εἰ μάχης, id est,  
 Tolle edcar, si pugnas.  
 In eum dici solitum, qui iam ultionem parat. Mutuo sumptis  
 metaphora à gallis pugna inuenitur, quibus seruis simuli qui-  
 dam alligari solent, quo se tuentur inter certandum. Quam  
 quam uoluntate Aristotele libro de animalibus secundo, cap. 12.  
 natura calcar addidit ex animi genere ijs, que ob corporis  
 molens sint ad uolatum minus idoneæ. Cuiusmodi sunt galli.  
 Id confirmat Plinius libro decimo. Et regnum, inquit, in qua  
 cumq; sunt domo exercent: dimicatione paritur hoc quoque  
 inter ipsos, uelut ideo iela adnata cruribus suis intelligentes,  
 nec finis, sepe commorientibus.

**Minus habes mentis, quam Di-  
 thyramborum poeta.** xxxi  
 Διθυραμβοποιῶν ἡσὲν ἔχεις ἐλάτῃ, id est, Minus  
 sapis scriptoribus Dithyrambicus. In stupidos ac seriosos  
 torquetur. Adagium annotatur ab Aristophanis interprete  
 in auiibus. Sumptum à poetis Dithyrambicus, qui Baccho

afflatus forebant. Vnde et Horatius:  
 Aut insanit homo, aut uersus facit.  
**Cercyrea cutica.** xxxii  
 Κερκυραία μάστιξ, id est, Cercyreum flagrum. Dere su  
 peruacano cultu exornata. Quadrabit et in ea, quibus or-  
 natus additur nequitiam decorus aut congruus. Cercyreus  
 quoniam crebris scditionibus agitabatur, mos erat gestare  
 flagra ingentia, ansis eburneis exornata. Quidam autem, ac  
 duplicata fuisse. Itaque in prouerbum abiit. Aut inter-  
 pres Aristophanis in Aues.

**Larus.** xxxiii  
 Κέρταρ ὡς ἴβη, id est, Cephphus larus. In garrulum ac  
 uerocordem dicebatur, præcipue qui cuiusvis rei cupiditate de-  
 ceptus capitur, ab aus ingenio ductum, quam spuma marina  
 gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum. Objicitur  
 spuma primum longiore intervallo. Deinde propius pro-  
 priusq;. Postremo manibus gestantibus exhibent. Larus itaque  
 cibi auditate captus comprehenditur. Aristophanes uitor  
 in Pluto. Interpres admonet cognomen esse prouerbiale. Rur-  
 sum in Nebulis Cleonem Larum uocat, quod fortis ac rapi-  
 dius inhiaret. Lucianus in libello de mercede seruitutibus,  
 Γεωργὸν ἢ Ἰπποκράτους δαξίτην, ἐπαίρει τὴν ἄγρην εἰς  
 λαεὺς, καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἢ δ' ἐλάτῃ, id est,  
 Sumpta uero fiducia, uenatum aggrederet, si uidetur. Lar in  
 morem, totam escam ore deuorans. Athenens libro Dipnoso-  
 phistarum decimo, indicat auem hanc Herculi attributam à  
 prisca, quod et ille fuerit ἰσχυρῶς, atq; itidē βοσφάρον  
 esse uocatum. Olim præcipuus gurgitum locus erat in pisci-  
 bus, id quod omnium libri testantur, quicunq; uel apud Græ-  
 cos, uel apud Latinos scripserunt de hoc genere. Quo magis  
 mirum est hodie religionis causa uulgus piscibus uesci. Proin-  
 de congruet et in obsonatores, quod Larus auis piscium  
 sit appetens.

**Cepphus parturit.** xxxiiii  
 Κέρταρ ὡς ἴβη, id est, Larus parturit. Dicebatur in  
 eos, qui pollicentur ingentia, deinde nihil promissis æquum  
 præstarent. Est enim Larus auis, multa plumarum copia cir-  
 cumiecta, cæterum carnis exiguis: pariens autem uocifera  
 tur. Recensetur adagium ab Aristophanis interprete, in co-  
 modia, cui titulus, Pax. Confine est illi:  
 Parturium montes, nascitur ridiculus mus.

**Canis festinans cæcos parit catulos.** xxxv  
 Ἡ κύνων αὐτὸς ὡς περὶ τὰ τίκτες, id est, Canis festi-  
 nans cæcos parit catulos. In eos iaciebatur, qui nimio festina  
 à studio, rem parum absolutam edunt, ut si quis operis pa-  
 rum climati præcipiet editionem. Hinc natum quod canis  
 quia cæterus pariat, catulos cæcos uelut adhuc immaturos  
 ædit. Aristoteles libro de generatione animalium quarto de-  
 monstrat, id potissimum euenire in animalibus, que multifi-  
 dis sint pedibus, et membris alunt factum, ut uulpes, ur-  
 sa, leena, canis lupa. Nam hæc omnia cæcos parit catulos,  
 quedam etiam informes adhuc ædunt. In causa putat, quod  
 cum corporis humor, non sufficit, alendo tantum inuenoso so-  
 cuiti, natura partium imperfectum potius edunt. Aliud ad pa-  
 renciam Aristophanes in pace:  
 Ἡ κώλωρον ἀκαλοῦσιν, ἐσφάγγελλιν περὶ τὰ τίκτα, id est,  
 Garrula Acalathis acceletas cæcos parit catulos, aut pullos.  
 Acalathidem quidam putant canem esse insignem, qui-  
 dam autem.

**In canis podicem inspicere.** xxxvi  
 Aristophanes, ὅν ἐκκακιστὸς ἔστι  
 τὸ τῶ



fertur à Zenodoto, Suida, Diogeniano. Meminit Plutar- chus, & explicat libro de futili loquacitate.

Vnum ad unum. XLII

Εν πρῶτῳ ἐμ φασίμ, inquit Lucianus, id est, Vnū ad unū, nimirum figuram proverbialem esse significans, cū exactius singula singulis componantur. Theocritus in pastore: Εμίμ δ' ἐ τῷ βοκαλιόσσῳ ἐμ ἠοδοῖ ἐμ.

Sic enim quidam erudit legitur. Plato lib. de legibus quinto. δ' ἐ ἢ ἄκατα ἀνάστα, ἐμ πρῶτῳ ἐμ πρῶτῳ ἀπόδ' ἐμ. Idem in lib. sexto, ἐμ ἐφ' ἐνὶ πρῶτῷ χίμ. Vtius ἔ lib. primo planè proverbiali figurā, ἐμ πρῶτῳ ἐμ. Rursus libro quarto, ἐπὶ ἐνὸς ἐμ. Translatum uideri po- test à prælo, quoties acriter res geritur, singulis aduersus sin- gulos dimicantibus. Nisi malonius ad Laconicū illud apoph- thegma referre. Narrat enim Plutarchus in libello de futili loquacitate. Lacedæmonios aliquando unū legatū ad Deme- trium regem misisse. Cumq; stomacharetur tyrannus, uocife- ratoriq; unū, inquitens, ad me Lacedæmoniq; legatum nihil attonitum respondisse, unū ad unū. Nec absarè dixeris à ma- thematicis mutuo sumptum, quorū id est hæc loquendi figurā peculiaris, ἐμ πρῶτῳ ἐμ, id est, Vnum ad unū, sic enim pro- portionem confare dicant, quam uocant pærem ἔ equam.

In nocte consilium. XLIII

Εμ νυκτὶ βούλα, id est: In nocte consiliū. Admonet ada- gium non esse præcipitandum consilium, neq; statim ad pri- mos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter solitudinem ac silentium, ut maxime ad considerandam, con- sultandamq; de rebus grauibz est idonea. Prætereā sepe num- mero fit, ut somnus sedata cupiditate pristinam sententiam uertat. Vnde etiam uulgo dicitur ab idiotis nosstratis, sus- per hac re indormian, ubi significat se per oculos deliberat- uos. Porro præcep̄ consilium inaspicuum esse solere, ἔ uulgo sermone dicitur, ἔ eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello de garrulitate.

Ὀὐ γὰρ ἂ βούλας ταυτῷ νυκτὶ δ' ὄμοια τέλῳ. id est, Haud quaquam enim idem finis dicitur, consilij. Siquidem in ciuiti uiuunt, qui celeritum sit, in consultando cō- tator tutior est, periculosa celeritas. Plutarchus in Sympo- siacis, decade septima, problemate nono, citat Platonem, qui scripserit apud Lacedæmonios, ni fallor, fuisse νυκτερινῶν ἐπιλόγων, id est, Nocturnū conuentū, grauibz morū, ad quē difficultime cause reijciabantur. Addit apud ueteres noctem ἐμφρόντων fuisse uocatā, ἔ τῷ ἔ φρονίμ, à bene sapiēdo.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet. XLIIII

Ὅπου τὸς ἀλγῖ, κέσῳ ἔ πλὴν κέσῳ ἐξί. id est, Vbi dolet quis, ibi ἔ manum frequens habet.

Senarius proverbialis, quem refert Plutarchus libro de futili loquacitate. Natum esse dicitur à natu ali hominum consue- tudine, qua fit, ut ei corporis parti, quæ dolet, frequenter ma- nus admoceamus. Tempus tamen utemur, cui significabimus quempiam ea tractare, deq; ijs libenter uerba facere, quæ mo- uent animum. Stobæus idem refert ad hunc modum:

Ὅπου τὸς ἀλγῖ, κέσῳ ἐ νυκτὶ τῷ νοῦν ἔχει. id est, Vbi quis dolet, ibi ἔ mentem habet.

Allusisse uidentur ad proverbium Cicero epist. ad Atticum li- bro tertio: Sed non faciam ut aut tuum animum angam que- relis, aut meis uulneribus sepius manum afferam. Item Plate- tus in Persa: Quæsi lippo oculo me meus herus uitior, manū abstinere hæud quit tamen, Plutarchus huc torquet, ubi quid sine dolet, sine delectat, ibi quiq; linguam habet. Sic laudibus

arguitur uini inofus Homerus, ἔ Pindarum transmittit, ut λέ λῶς γυῖος, quod multus in laudando auro. Nam hoc pacto statim aspicatur Olympia, ἔρεῖον ἂ ἴδωτος, ἔ ἢ χροσός, αὐτὸ ὄμβριον πῶς, ἔτε Διοκλεσῶνα νυκτὶ μακάρους, ἔρε- χα πλῶς τε. Rursus in Isthimis hymno tertio, καὶ με- γαστέρον τὸ μίμῳ χροσὸν ἀνδρῶσσοι πρῆσιόσσοι ἄλλωπ.

Plus apud Campanos uingenti, quam apud ceteros olei fit. XLV

Tranio serius apud Plautum in Mofcellaria, oburgatus est ab herō, quod non maturius reddisset. cū ille se alibi fuisse diceret, nec simul apud herū esse potuisset, & illud qd̄ iustus fuerat, peragere: Si uoles, inquit, uerū hoc cogitare, simul flare forberetq; haud sciū facile est. Commodē uentur hoc flare forberetq; haud sciū facile est. Commodē uentur hoc adagio, si quando significabimus negotia quepiam id genus esse, ut pariter ab ipsa tractari nō queant. Vcluti si quis conetur simul & literis, & uoluptatibus uacare: simul amori- bus & parsimonie indulgere: simul uocari studijsq; satisface- re: simul & poeticis, & theologicis studijs operam dare: sim- mul & mundo seruire, & Christo. Quemadmodū fieri non potest, ut quis eodem in tempore forbeat, hausto spiritu; & flet, emisso haliu. Affine uidetur huic adagio dictū illud Eua- gelicam: Nemo potest duobus dominis seruire. Nemo potest deo seruire, & mammonē. Item illud Phocionis ad Antipa- trum: Οὐ δύνασκαί μοι ἓν ὄντως ἔχειν, ὃ κολάει. id est, Non potes me simul & adulatore uti, & amico. Ad hac senarius ille, qui falso Seneca inscribitur: Amare & sapere, uix deo conceditur.

Quodq; ait Tereuntius imitatus Horatius: Nihil plus explicet, ac si

In sanire parēt certatratione, modiq;

**Manum admoventi fortuna est imploranda.** LXXXI

τὰν χεῖρα ποιοῦσθε ἵνα δῖψ τὰν πῆχυν ἐπικαλῆμ, id est, Manū admoventi fortuna inuocanda est. Admonet ada- gium, ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihil segnitium in nobis est, etiam ipsi nostra admittantur industria: alio- qui non auditorios superos, inertium ac desidiolos uota: Quemadmodū eleganter scripsit Alexander HEGIVS, primus pueritiæ meæ doctor haud quaquam poenitendus: Solas iure deus preces,

Quo nemo magis impiger, Aut infestior ocio, Auerfatur inertium.

Plutarchus in apothegmatis Lacedæmonicis, refert apud eam gentem deos deasq; omnes hactenus fingi solere. Vene- rem etiam ipsam armis indutam, tanquam ne illi quidem occū agant, sed bellicis studijs exerceantur: Addim, inquit, & prouerbium:

τὰν χεῖρα ἀναψέροντα τὰν πῆχυν καλῆμ. id est, Manum admoventi sunt uocanda numina:

Aeschylus apud Stobæum:

Ἐλθῆ ᾗ τῷ κάμνονι στυγεῖσθαι δέος. id est, Hinc qui laborat, adesse nomen affloret.

In eandem sententiam Pindarus in Nemeis: Πεδὸ ὄργου αἰετῶν, Ἰλιδου οἷ τε ποινῶν, ἐπὶ αἰγῶν, σὺ δὲ τοῦ δὲ πῆχυν. id est, Ad summam uirtutis apicem peruenerunt, qui gustarunt labores, non autē sine dēi fortuna. Proinde nec in fiden- dum industria, ut diuinam opem negligamus: nec ita riu sum pendendum ab illa, ut nostram prætermittamus officium, Alluisse uidetur huic Aeschylus in Persis:

Ἐργὸν δὲ αὐ

Διὸς μωροῦς χεῖρας τῶν ἄνθρωπων ἐπικαλῶσθαι θεοῦς Ἀλλ' ἄρα μὲν αὐτῶν ἢ αὐτῶν, ἢ ἢ θεοῦ σὺν ἀπῆν, id est, Plurimo iam tempore

A deis optaueram hæc ut dextra conficerent mihi, Verum ubi quis uigilat ipse, dij quoq; admovent manum.

**Quam quique norit artem, in hac se exerceat.** LXXXII

M. Tullius Tusculanarum questionum libro primo: Sed hic quidem quamuis eruditus sit, sciat est, hæc magistro con- cedat Aristoteli, cancre ipse doceat. Bene enim illo prouer- bio Grecorum præcipitur:

Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.

Hæc uis Cicero, Est autem senarius iambicus, admonens, ut quarum rerum iustus periti, in his duntaxat disputandis, tra- ctandisq; uersetur: quarum uero sumus rudes, eas doctiori- bus concedamus, neq; professionem alienam nobis uindica- mus, neq; in meam alienam mittamus saltem, nunc uictores ultra creptam uideamus. Apud A. Gellium Plato ex Eriphi de citat, sed in sensum nō nihil diuersum a Ciceroniano, nem- pe suo quousq; uite instituto, studioq; impense delectari, in- quit, illis illud Aristoteli: Quia in re clarus quisq; est, ad eam properat, & dei partem illi plurimum imperti, in qua ipse se exuperet: cōtra, in qua stupidius, ac nihil sit, inde effugit, eamq; contemnit. Porro uersus quem Latine refert Marcus Tullius, est apud Aristophanē in fābula, cū titulus, ἄρκιζε, is est hauiis modi: Ἐξὸι τῆς ἔρας εἰδὼν τὰ χεῖλια. id est,

Quam quisq; norit artem, in hac se exercitat.

Quo quidem loco interpres admonet inter prouerbia celebra- ri. Ad hoc prowerbium allusit Horatius ita scribens: Nauem agere ignarus nauis, timet: abrotanum ergo Non audei, nisi qui didicit dare. Quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fibrilla fābi. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.

Idem in epistola ad Villicum:

Quam scū iterq; lubens censebo exerceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricum, quod refert Plutarchus in cō- mentario quē scripsit, πρὶ εἰς εὐδυνίαιας, τῶ ἄριστον ἔπαιθ, ἢ ἄριστον βίος, ἢ ἄριστον ἀδελφῶν τὰ ἄριστα. Διόφρα, κῆρση ᾗ Βαλενόνη φόνου, κῆρα δὲ τὰ δῶρα μοι δὲ θεῶν, id est, Equus in quadrigis, in aratro bos. Na- uem ocysime præuertitur Delphicus: apro cædem molientis, inueniendus est canis laborum patiens. Videlicet significat munus quousq; adhibendum ad id quo ualeat.

**Dedi malū & accipi. LXXXIII**

Dedi malū & accipi. Beticum adagū est, quo licetibi ni, quoties eiusmodi permutati uidebitur facta, ut malū pro ma- lo sit redditum, & par pari relatum, ueluti si quis improbi generum deussit, ac morum item improban recepisset. Re- cenfetur & explicatur a Plinio in iuniorē in epistolis: Cælius, inquit, Clasticus, homo fedus & aperte malus, procon- sul- latum in ea parte non minus uolentem, quam fordide gesse- rat, eodem anno, quo in Africa M.arius Prifcus, Erat autem Prifcus ex Betico, ex Africa Clasticus, inde dicitur Beticor- um (ut plerunq; dolor etiam uenustus facti) non illepidam se- yebatur: Dedi malum & accipi.

**Carpeticus aliquid, quam imitabitur.** LXXXIII

Μωμῶστέα ἕως κῆδων ἢ μιμῶσται. id est, Reprehendet aliquid citius, atq; imitabitur, Senarius

Senarius hic Apollodori pictoris operibus inscribi consuevit, qui primus umbrarum imitationem inuenit. Refertur et ad hunc modum, *μομιώτατος ἢ τοῦ ποιοῦ ἢ μιμήσαντι*. Aperte dicitur de res quatuor artis absolute, atque inimitabili. Porro res egregias multo procliuus est carpere, quam emulari. Ceteri est elegans *ἡσοσόνωμοσιν* in duabus uocibus Graecis, *ἡσοσόνωτος*, et *μομιώτατος*, que cum sono minime distent, tamen res declarant longe diueras simas.

In foribus adflic.

*Ἐπί τῶν δούλων*, id est, In foribus adflic, dicitur allegoria proverbiali, quod in ista, iamque in proximo est. Plutarchus, *Ἐφετὸς ἔπι δούλων ἔντρος*, id est, Cum febris in foribus adflic. Sic et orbis opposit in arcibus literis ad Cain fratricidam: Sin male egeris, statim in foribus peccati tuum aderit.

Alia Lacon, alia asinus

ilitus portat. LXXXVI

*Ἄλλᾳ ἢ λακων λέγει, ἄλλᾳ ἢ λακων ὄνος φέρεται*, id est, Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis asinus portat. Effertur apud quosdam et ad hunc modum paromia: *Ἄλλᾳ μὲν λακων, ἄλλᾳ ἢ λακωνος ὄνος φέρεται*, id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur, quorum oratio dissensit a factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Agricola quæstiam nomine Leucon, solitus est utres melle plenos stercis obuiolare. Rogatus autem ab exactoribus uectigalium, quid nam portare, ordem se portare respondebat, uide licet quo minus pecunie persolueret. Sed cum euenisset aliquando, ut lapsus in terrâ asinus, onus effudisset, accurarunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verum ubi interim cognouissent mel in utribus esse, non credens, Leuconem oborto collo abducerunt, tanquam qui se debito uectigali sit audisset. Atque illud uidentes, addiderunt, alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, non additur, atque ita mea sententia dictum festiuus red dicit. Ea quo postea uersa est in adagionem. Refertur a Zenodoto, et a Diogeniano.

Corpore effugere. LXXXVII

Corpore effugere, est periculum iam imminens, ac penè premissis, arte quadam declinare. Translatum a gladiatoribus, ista modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Caetilianam inuentione prima: Quot ego tuas petitiones ita comiebas, ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, et ut auit, corpore effugi. Hæstius Cicero. Itaque quoties aliquem discrimine quam minimo a periculo abfuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitatur, qui moribus, aut alio quopiam obiectu defendunt: uerum qui nudi telis obiecti, nihil habent quo se tueantur, nisi comodo corporis deflexu, ij denum in extremo periculo uersari uidentur. Penè diuersa figura dicit Catullus: Contra nos tela ista tua euitamus amictu. id est, Facile depellimus, non fecus quam muscarum insultus.

De alieno ludis corio. LXXXVIII

De alieno corio ludere, proverbio dicitur, qui securius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria uel a cortarijs, uel ab Apologo quopiam, uel a seruis, qui si quid peccati sit, tergo dent pennis. Apuleius in Asino aureo lib. 7. Quod si quo modo ceteri latrones persenserint, non raris uicioribus ad asinum, et risum exitium mihi parabis. Reuera ludis de alieno corio. Verba sunt asini, puellam accusantis, quod cum prius illius culpa fuisset in discrimine adductus, in fuga, nunc deueno committat, ut sit risum fugiendum, idque suo potissimum periculo. Allusum est autem ad asini corium, quod mortuus detra-

hitur. Est simile quiddam et apud Plautum: De meo tergo degietur corium, id est, res meo sit periculo. Neque dissimile quod refert Festus, pro capulis, id est, pro periculo plagarum. Non admodum abundat ab hac forma, quod Seneca locatur in declamationibus: Cicero patri de corio Cestij satis fecit. Nã is Cestius erat et ex corum numero, qui contemebant Ciceronis ingenium, hic cum forte accumberet in eodem cõitio cum Cicerone M. Tullij filio, qui tum Asia obtinebat, et fulmenent quoque piam è famulus, cognitum esse, cum esse Cestium, cuius iudicio nihil ferret M. Tullius, illico sublatum è cõitio, iussus est flagris cedi. Circumferitur apud nostratum iudicium non absumi le huic proverbium: Ex unico tergo ere lata secari lora. Quo quidem significat unumque; minus esse paruum in alieno, quam in suo. Tertullianus in libello de pallio, secus alio quanto usarpauit: Hoc soli Chameleonti datum, quod iudicio dicitur est, de suo corio ludere. Sentit Chameleontem pro suo arbitrio uertere colorem cutis.

Inherba esse. LXXXIX

Ubi spem immatura indicamus, ac longius adhuc abesse, ut consequaris, in herba esse dicimus. Supra metaphora a segetibus, teneris adhuc, et herbescentibus, de quibus nihil adhuc certum fieri possit agricola polliceri, propterea quod plurimi casus solent incidere, qui non sinant cultorem operato potiri. Verum ubi iam demum segetem in horrea conuicit, tum demum utique tutum est bene sperare. Ouidius in epistola Helenes ad Paridem:

Seca nimum proberas et adhuc tua mensis in herba est.

Hæc mora sit uoto forsitan amica tuo.

Persius in Satyra sexta:

Emole, quid metuis? occa et seges altera in herba est.

In alieno foro litigare. XC

Proverbiu respicit hæc quoque figura: In alio foro litigare, pro eo quod est, in re noua, cuius non dum assueueris uersari. Habent enim diuersa fora, diuersasque litium formulas, uariisque tractandaru causarum rationes, quarum qui rudis sit, in tanquam hospes in peregrina regione multa desiderat necesse est. Martialis in prefatione libri duodecimi: Accipe ergo rationem, in qua hoc maximè est primum est, quod cuius status aures quibus assueueram, quæro, et uideo mihi in alieno foro litigare.

In feditione uel Androchides belli ducem agit. XCI

Em ἢ δὲ δῖχοςασίη κἀνδρόχου εἰδὸς ἡ πλεμύχῃ. id est, Seditione orta, dux est etiam Androchides. Carmen Heroicum proverbio celebratum, in homines cõtemptos et humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem fortiumur. Quæ admodum in rerum tumultu, nonnumquam insimul quiddam pro tempore regnant. Detorqueri potest ad malos principes, qui rebus pacatis minus ualent in Rep. atque ob id aliquoties data opera rerum motus excitant arte tyrannica, quo cõmo dius suo arbitratu populũ cõpilent. Aut in theologos quoque, eo nomine indignos, qui dissidui ac tumultus cõcitant in plebe Christiana, quo nimium hac occasione celebres reddantur, malentiq; publico omnium malo nobilitari, quam inglorij uicere. Refertur a Suida, Diogeniano, atque iudæ a Plutarcho in uita Nicias, et apud eundem in cõmetario ἔπι Πλάδα Ἰαῖα. Effertur etiam ad hunc modum: Em ἢ δὲ δῖχοςασίη ὁ παῖς καὶ ὁ ἕμιμος ἐμῆος. id est, Rebus turbatis uel pessimis est in honore. Citat idem in cõparatione Lyfandri et Syllæ, nisi quod illic Aladina editio mendose habet, πᾶς καὶ ἄρῳ pro παῖκα καὶ ῥῳ. Risum effertur hoc pascio:



ἐν γὰρ ἀμύμονι ἐκρίθη ἔμμορος ἄμμος. id est, In rebus desperatis etiam cancer honorum fortior. Ad hanc sententiam pertinet et illud, Græcis proverbijs uice celebratum.

καὶ ἐν τυχῶν γὰρ ἡ ἡχρὸς ἰχθὺς μέγα. id est, Mendacis etiam plurimum in loco potest.

Inter indoctos etiam Corydus sonat. xciij  
ἐν ἀμύμονι ἐκρίθη φέρων, id est, Inter indoctos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audient sese uelut eruditos uéditare, inter doctos alioque prorsus elingues, id quod circa metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato;

οὐ γὰρ ἐν σοφοῖς φαύλοι, πᾶς ὄχλος μεσσηνότεροι λέγει. id est, Apud eruditos qui nihil ualent, apud Plebem imperitam præ eminenti sciencia,

Corydus uilissimum auiculae genus, minimeque canorum, strepit tanen utinque inter aues multas, apud Lusciniam cadens ferri nequaquam possit. Huc adseribendum arbitror, quod ut referri Athenens lib. sexto, nõ illepidè dixit Philoxenus parasitus, cognomento Pternocopis, in alterum parasitum nomine Corydum, αὐχίλου τιμωρὸν εἰσι, ἡμεῖς τὸ κορυδὸν ἔδοντ' ἔσθ', id est, Tardus in precio sunt, et Corydo presentem. Ad quod ille: A te go, inquit, memini Corydum obolo fuisse æstimatum.

Quæuis terra patria. xciiii

ἡδὲ γὰρ ποταμὸς. id est, Quæuis terra patria. Hemistichium est oraculi, admodum redditu Meleo Pelsago, de uia gloria consulenti, cuius meminit et Anaxagoras, teste Zenodo, et Dionysius Chalcidensis, Admonet adagium, uirum sapientem ac bonum, ubicumque gentium uixerit, felicem esse. Vnde et Socrates interrogatus, cuius sit, uocatur, id est, mihi mihi esse esse respōdit. Idè innuit Aristophanes in Pluto, cū ait: ποταμὸς γὰρ ἐστὶν ὡς ἰπὸν ἄνθρωπος τῆς εἴης. id est, Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.

Dicuntur hæc à Mercario, cupiente uel celo relicto, in Chremyli iam diuitis ascisci familiam. Vsq; adeo credebat ibi deum esse patriam homini, ubicumque; feliciter ageret: illic exitium, ubi parum commode uiueret. Fertur hic quoque uersificulus prouerbialis:

τοῖς γὰρ καλῶς πρῶτος οὐκ ἔστιν ὡς ποταμὸς. id est, Solam omnem patriam prospere quicumque agit.

Cicero Tusculanarum quest. lib. 5. significat esse dictū Tenebris ex tragædia quaptam. Itaq; ad omnem rationem, Tenebris uox accommodari potest: patria est, ubicumque est bene.

Odiūm Vatiniarum. xcviij

Odiūm Vatiniarum, pro capituli, ac uehementer acerbo. Vatinius, in quem accerime M. Tullius inuictus est, in tantū odiūm populū Romanū peruenerat, iam detestatus illius flagitijs, ut in prouerbium cesserit, odiūm Vatiniarum. Catullus; Manere isto Odijem te odio Vatiniario.

Odiūm nouercae. xcvi

Cōsimili figurā legimus, odiū nouercae, propterea quod nõ ueris omnibus inuati sit fatale quoddam et irreconciliabile odiūm in principio, id quod eleganter indicat epigramma Græcum, quod haud grauior adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum auctore:

Ἐπὶ λέλυ μνηστῆρος μικρῶν λίδων ἕστερος κῶς  
ὡς βίον ἀλλοτρίου, ἡμεῖς ἔσομεν οὐδ' ἄλλοι  
ἢ ὅ τῶσδε κληθεῖσθε κατεργεῖται τοῦδε αἰῶνος  
φθνήσετε μνηστῆρος καὶ τῶσδε οἱ πρῶτοι.

Quorum carminum elegantiam cū haud nesciremus nos nõ assecutus, tamcn quo possent intelligi utinque, uertimus:

Exiguo lapidi puer addit serua nouerca  
Mutasse ut uitam seruat ingenium.

At puerum extinguit tunulo hæc illapsa, nouerca  
Prægnæ examinem uel tunulum fugite.

Euripides in Alcesteidē  
ἐχθρὰ γὰρ ἡ πῖστις μνηστῆρος τέκνοιο  
τοῖς πρῶτος, ἐχθρὸν οὐδ' ἄνθρωπος ἡκουσέτα. id est,

Hofis nouerca est ante natas liberis,  
Nihilque mitior nocente uipera.

Perdidisti uinum infusa aqua. xcvi  
ἀπολάσσει τὸν οἶνον ἐπιχρῆσας ὕδωρ. id est,

Perdidisti uinum infusa aqua.

Verba sunt Polyphemi ex tragædia Aristij, cui titulus: Cyclops, teste Chameleonte in Satyris. Sic enim increpat Ulyssesum uinum aqua temperantem. Antiquitus merum bibebant, non sine noxa, donec Staphilius Sirtben filius, ostendisset uinum aqua diluere. Nam huius hoc inuentum teste Plinio lib. septimo. Dicitur in eos, qui initio quedam recte faciunt: deinde quantum leui de causa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpianus apud Athenensium, idq; barbare, τὸ ἡμῖν ἐκ τῆς σφοδρῆς ὀνομαστῆρα μνηστῆρος, ἀπὸ τῆς τῶν οἶνου, ἐπιχρῆσας ὕδωρ, id est, Tu uero nobis ex terra subula uocabillū merca-

tus, perdidisti uinum infusa aqua, Cyclops enim ut barbarus ac temulentus (idem enim inducit etiam Homerus) sic estimat uinum aqua corruptum, cum è diuerso sapientum iudicio reddatur melius ac salubrius. Vnde et Plato admonet, ut Bacchum temulentum deum, Nymphis sobrijs deabus temperentus, idem docet epigramma Græcum Meleagri, id est huiusmodi:

Ἄνθρωπος τὸν βῆχρον, ὅτ' ἐκ ποταμοῦ ἦλασθ' ὡς κῶς  
Νῆσαν, ὅτις τέφρας ἀπὸ κληρονομῶν.

τοῦνεκα σὺν τῷ μνηστῆρος ἔσομαι ὡς φίλος, ἡμῶν ἐν τῆς  
μισογῶν, ἔστιν πῆρ' ἔκ κληρονομῶν. id est,

Bacchus ut è flammis puer exiisset, in undis  
Tinxerunt Nymphis propositum adhibere cinere.

Hinc inuictus Nymphis est Bacchus gratus, at ignem  
Ardentem capies, hinc nisi misueris.

Quamquam uinum largius diluūt illud habet noxæ, quod in posterū diem grauius dolet caput qui biberit, quā si merū bibisset, Aristoteles id esse putat in causa, quod uinum per se crassius, accessione aquæ factū subtilius, citius penetrat angustia capitis firamina, meri noxam, cuius adhuc multat iam obest, eodem transmittens, propterea cōcostu difficillius est.

Abiecit hastam. Rhipsalpis, xcviij

Hastam abiecit dicitur utiq; prouerbiali figura, qui cause sue diffusus, abiecit animū, ac desinit cōtra conari. Cicero pro L. Murena: Videns tu illum trifidem demissum iacet, diffidit, abiecit hastam. Græcis item prouerbiali conuicio dicuntur ἑπιλάσσει, ignati ac timidi, quā; in acie locū deserunt, ac clypeum abieciunt, quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue tragædo, καὶ ὄϊλος ἔστιν ἀποσφῆλιζον τῶν ἀλλοτρίων, id est, Ac planè uidetur sentum abiecius. Vsq; adeo uero probrosam habebatur antiquitus clypeum abiecere, et Lacedæmonij Archilochiū è finibus suis iusserint excedere, quod scripsisset satis esse clypeū abiecius, quam intirire, teste Plutarcho in apophthegmatibus Lacedæmonis, id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fibula, cui titulus: εἰς ὄϊον, estq; huiusmodi:

Αἰσίου μὴ σάωσι τις ἀγαθὸν ἢ κακόν  
Erit & αἰσίου μὴ σάωσι τις ἀγαθὸν ἢ κακόν. id est,

Scito aliquis gaudet Satorum, ego quod sine culpa

Deserui nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet Sator esse Thraciae populos, aduersus quos bellas Archilochus, fugerit abiecit clypeo. Cuius exemplum postea secutus est Demosthenes, ad dicendum quam pugnamdam instruxit. Notatur apud Aristophanem & Cleonymum hoc nomen, ut in Vespis:

Ἀπέβαλε τὴν αἰσίδα. id est Abiecit clypeum.

Quin & Isocrates in oratione quam scripsit de pace, declarat infames olim habitos qui vel ordinem deseruissent, uel clypeum abiecessent. Tale quiddam, opinor, subindicat Horatius in Lyricis, cum ait:

Tecum Philippios & celerem fugam Sensi, relicta non bene parmula.

Mentuntur multa cantores. XCVIII

Πολλὰ ψεύδονται αἰσίδα, id est: Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit, qui ad gratia loquuntur, & auribus blâdiuntur. Inde ductum, quod cantores hoc modo spectantes, ut delectent ac placeant, plerique; eam in laudem auditu rû falsâ. Nihil enim veritate gratius, nihil assentatione suauis. Aristoteles libro τῶν μετὰ τὰ φυσικά primo: αἰσίδα ἢ τὴν πρὸς ἡμιονίαν, πολλὰ ψεύδονται αἰσίδα, id est: Sed uicta promeribiam: Multa mentiuntur poete. Est autem, ni me fallit memoria, hemistichium Homericum, de citharædis solitis in cœdiu canere. At hoc dictum quosdam usq; adeo mouet, ut prorsus ab omnibus omnino poetarum scriptis abstant, non minima portione eruditioris.

Acciffare. XCIX

Ἀκκίζω, id est: Acciffare. Græco prouerbio dicebatur, qui cum maxime cuperet accipere quippiam, tamen sicte recusabat: qui nos modie quoq; malis durat. Scribit Acco multiterem fuisse quampiâ note Iulitiae, que solita sit ad speculum cû imagine sua, perinde atq; cû alta muliere cõfabulari, ut hinc ualido, que stultius aut ineptius aliquid ageret, acciffare dicerentur, & Accus nomine compellerentur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, ut recusaret, que tamen cupiebat, unde & Accissimus ficta huiusmodi recusatio dicitur. M. Tullius ad Atticum libro epistolarum secundò: Hoc opinor, certissimum perisse omnia, quid enim ἀκκίζομεθα tam diu, id est, quid distimulamus? Lucianus in libello de mercede seruentibus, οὐδὲ ἀκκίζομεθα ἄρα γε, ἵνα δὲ δὲ ἐργῶν, id est: At ille acciffans: Ausfer, inquit, Ego ne abs te: Idem in amoribus, Πάτα δὲ ἢ ἡδύελωμ ἀκκισσομαι, id est: Omni sublato acciffino, id est, tergiversatio. Ne. Rursus in eodem sermone: Πολυὺς δὲ οὐ μετὰ τῶν αἰσίδων ἀκκισμός, id est: Multus aut uiris desit acciffimus. Item Philemon apud Athenæum, οὐκ ἔστι οὐδὲ εἰς ἀκκισσομεθ, οὐδὲ λῆθη, id est: Nec ullus est Acciffimus aut nugatio. Fluxachus indicat Acco & Alphio mulieres fuisse, per quas femine deterrent pueros à peccando. Vispat hanc uocem & Plato in Gorgia, ἀλλ' ἀκκίζω τὰ καλλίονα.

Scythia acciffans asinum. C

Ἀκκίζομεθα σκυθικῶς τὸν ὄνον, id est: Acciffans Scythia asinum. Aduersus eos, qui uerbis auertunt, quod recipiunt. id ad huiusmodi fabulam referunt: Quidam conspectio asini cadauere, Scythiam quandam, qui fortè aderat, admonuit ut careret. Ille primum aspernatus, atq; abominatus, postea tamen apparuit, cœnauitq;.

Aut quinque bibe, aut treis, aut ne quatuor.



THE NAEVS libro decimo de bibacitate disputans, scribit adagium huiusmodi ualido fuisse celebratū, ἢ πέντε πίνε, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τρεῖς, α. id est: Aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. Pre scribit modum diluendi. Hæc autē temperatiora maxime placet antiquis, ut quinque uni cyathis, duo adderetur aque, aut duobus unus. Huius rei testem citat Ionæ poetam, qui scripsit, uatè quendam Palamedæ prædixisse, Græcos nauigaturos, qui treis cyathos ad unū biberet. Item Nicoharè in Amynone, καὶ εἰς τὴν καὶ δύο, id est: Salue quinque & duobus. Præterea Amypsiam, ἐγὼ δὲ δὶόνου & πάσι μὲν εἰμι πέντε καὶ δύο, id est: Ego autē Bacchus oibus uobis quinque & duo. Verū hæc de re copiosius aliquotio Plautus, ἔνυ συμποτικῶν β, Decade tertia, testas cœnauilibus cantuiculis celebratum fuisse, ἢ πέντε πίνε ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τρεῖς, ne quis temere Plauti uerba cõmuret, nã apud huc quoq; referitur. Atq; in banc rem iocatur Ariston, quæ admodū in musica Hemioij proportio symphonîa redit diapète, dupla symphonîa efficit, que dicitur Diatessaron, at cã que uocatur Diatessaron, symphonîa esse præter cetera hebetè & obscurâ, & epiritio cõstituta. Idem & in bibèdi harmonijs treis esse symphonias uini ad aquâ, Diapète, id est τρεῖς, & Diatessaron. Nã Diapète symphonîa ex Hemioij cõstituit, si tres aque cyathi, duobus uni cyathis admisceas. Quod si duobus admisceas duos, dupli proportionè existet: Diatessaron harmonia forte, si uni uni cyatho, treis aque cyathos addideris. Atq; hic esse epiritium, que proportio per unæ ad tres magis tractatus in Prynæo sapientes, ac sobrios: aut ad dialecticos, cum aduclis supercilij de suis amicis argutij disputat. Iam si duos uni admisceas tonum nasci maxime turbulentum, & ut appellat ipse, ἀκροδωσενος. ebordas mouentem, nõ mouendas mentium, propterea quod per huc nec omnino sobrios esse licet, nec stulticiam mero immergere. Quod si duo tribus addideris, harmoniam existere omnium maxime inducat. His ita per iocum dicitis, adiecti Plauti pater, pscos Ioui duas addidisse nutrices, ac Sobrios: ut & Adrastian: Iononi unam, nempe Euboicam: Apollini duas, Alethian, & Corythalam: Baccho uero plures, quod hunc deus oportet, pluribus nympharum mensuris mansuescât ac domitum, moderatorem ac mitiorem reddere. Significat autem unum multa aque diluendum. Memini huius adagij Plautus in Stichò, seruos compotantes inducis: Sed interim Stratege nosier, cur hic cessat cantharus? Vide quot cyathos hos bibimus. Tot quot digiti sunt tibi in manu. Canto est Græca:

Καὶ ὅτε τρεῖς πίνε, καὶ τρεῖς πίνε ἢ μὴ τρεῖς, α. Quanquã hic Plauti locus nõ caret suspitione mēdi. Quod autē prohibet Græca cantio, ne quatuor biberet, ad ueterum superstitionē pertinet, que creditum est impares numeros ad omnia efficaciores esse, id quod Plinius intelligi putat in febrilibus dierū obseruatione. Porro de quaternione uicinato in poculis, idem libro xxviiij. cap. sexto, scribit ad hunc modum: Numerū quoq; quaternariū Democritus cõdito uolumine, & quare quaterni cyathi, sextarijue nõ essent potandi. Huc nimirum allusit Horatius libro Odarum tertio:

Da lune propeere noue,  
 Da noctis medie, da puer auguris  
 Murene, tribus aut nouis,  
 Miscentur cyathis pocula commodis,  
 Qui misas amat impares,  
 Ternos ter cyathos attonitus petet  
 Vates, tris prohibet supra,  
 Rixarum metuens tangere gratia,  
 Nudis iuncta fororibus. Item Ausonius:  
 Ter e bibe uel toties ternos, sic mystica lex est. id est:  
 Aut treis cyathos, ad numerum Gratiarum, aut nouem ad  
 numerum Musarum.

Siculus mare. II

Σικελός θάλασσα, id est: Siculus mare, subaudi prope  
 stat. De his, qui demuo sollicitatur ad subeundum periculum.  
 Natum aunt ad Siculo quoda, qui cum ficos nau portans, nau  
 fragium scisset, ac deinde sedens in litore, mare placidū ac  
 tranquillū uideret, uelut inuitans ad iter eandem nauigatio-  
 nem, dixisse fertur, Οὐδ' ὁ θάλασσε, σὺκα θάλασσε, id est:  
 Noui quid uelis, ficos uis. Recensetur ab omnibus ferme pro-  
 uerbiorum Grecorum collectoribus.

Ficum cupit. III

Σῦκον αἰτῆ, id est: Ficum petis. In eum dicebatur, qui  
 comoditatis alicuius gratia bladiabatur. Inde natū tradunt,  
 quod olim Athenienses agricolis blandiri soleat, ut ab illis ficos  
 præcoquos acciperent, bene omīnates ac precantes, ut in  
 annū sequenti fici felicitur prouenerint. Ruslicū uero postea  
 quam senserunt ciuium bladiiloquentiam eō spectare, ut ficos  
 acciperent, in proverbū uerterunt, ut comodi fice adulatē,  
 ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespis:  
 Σὺ δὲ νῦν σὺκά μ' αἰτῆς. id est:  
 Tu uero nunc ficos a me petis.

Longum ualere iussit. IIII

Μακρὰν χεῖρα φράσας τοῦς ἀναΐδαι τιμῶς, id est:  
 Honoribus, qui hic sunt, longum ualere iussit.  
 Ea a figura quoties adrem, nō ad hominē refertur, haud dubie  
 proverbialis est. Rem igitur, à qua nos abdicamus, ei renun-  
 cians dicimur, ac longū ualere iubere. Sumpsa metaphora ab  
 eis, qui discedunt diutius absenturi, seu nunquam redituri. Est  
 septicule apud Lucianum, et item apud alios. M. Tullius in  
 epistolis ad Atticū libro octauo: At ille πολλὰ χεῖρα ἔδωκε  
 καλῶς dicens, cōiudicē Brundisium. De philosopho loqui-  
 tur, qui cum solitus esset multa præclara de honesto loqui,  
 quod in ipso sitū esset, postea ueluti renuncians philosophiæ,  
 sibi consulerit. Item Hippolytus apud Eupriidē:  
 τὴν σὺν δὲ κῆρην πολλὰ ἐγὼ χεῖρα λέγω. id est:  
 Veneri tue multum ualere renuncio.

Virpat Lucianus in Ioue Tragædo. Idē in Apologia ἵναρ  
 τῶν ἐν τῇ προσάγορῃ ἐφ' ἡμῶν ματῶν, interpretatur  
 proverbium bis quide uerbis, δ' ἰούμ μακρὰν χεῖρα, ὁ  
 μακρὴ φρονεῖν φησὶ δ' ἰούμ, id est: Hoc dictū longū ualere,  
 declarat nobis nō amplius curæ futurum. M. Tullius epist.  
 fam. lib. 15. pro μακρὰν χεῖρα dixit, munitū remittere:  
 Viriū, iquū, nūciū remissisti, delinitus illecebris uoluptatis.

Ficus ficus, lignonem lignonem uocat. V

τὴ σὺκα σὺκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγωμ, id est:  
 Ficus ficus, ac lignonem nominans lignonem.  
 Senarius ē comedijs Aristophanis in Adagionem traductus.  
 Quærat in eum, qui simpliciter rusticana utens ueritate,  
 rem ut est narrat, nullis uerborum ambagibus, ac phaleris  
 obuoluit. Sunt enim apud Rhetores figure quedam, quibus

fit, ut turpia honeste, aspera molliter, superba modeste, mor-  
 dacia blande dicantur. At qui crassiorē sint Minerva, rudius  
 ac planius eloquuntur. Suis quoque nomine signates. Lucianus  
 in Ioue Tragædo, ἐγὼ γὰρ ὡς ὁ κωμικός ἐπὶ ἀγροί-  
 κῶς εἶμι, τὴν σκάφην σκάφην λέγωμ, id est: Nā ego,  
 quædam uocāt ait Comicus, rusticanus sum, et lignonē lignonē  
 appello. Rursum in præceptis historie cōscribēde, uult scri-  
 ptorem liberum et incorruptum esse, qui rem, ut est gesta,  
 narrans, ficos ficus appellet, lignonem lignonem. Inuenitur  
 ad hunc quoque modum:  
 τὰ σὺκα σὺκα λέγω ἢ τὴν κάψαρον κάψαρον. id est,  
 Ficus ficus uoco, panarium panarium.

Aristophanes in Nebulis:

Ὅν ἄρ' ἄποδ οἶλον οὐδ' ἰσοδὸν ἄρ' οὐδ' ἔνι  
 ὅς τις καλῶς ἐ, κάψαρον τὴν κάψαρον. id est:  
 Ego nec obolum cuiquam persoluerim,  
 Qui cardopus, tantum uocatur cardopom.  
 Cardopus arca panaria. Ceterum poētā ficit Socratē magi-  
 stem, qui contendat non esse dicendum κάψαρον: quem ad-  
 modum dicebat Cleonymus, sed κάψαρον, ὡς ὠρε κα-  
 λῶς, inquit, τὸ σκαφῶν.

Domesticus testis. VI

Ὀικοδερ ὁ μάστρυς, id est: Domesticus testis. Vbi quis  
 ipse sese laudat, quasi domi testē habeat, nō aliunde additū.  
 Hinc autē testium generi quam minima fides haberi solet, ac  
 legibus eui suspecti reiciuntur. Lucianus in Ioue tragædo,  
 εὐγῆ, οἰκοδερ ὁ μάστρυς φασὶν, id est: Euge, domo addu-  
 ctus testis, ut dici solet. Huc alluisse uidetur Seneca ad Lu-  
 cillum, cum scribit in hōc modū: Expecta me puffedū, et de  
 domo fiet remuneratio: nisi quis mali illi dono legeret. Sunt  
 Greci scriptores, qui dicāt hoc adagiū conuenire in eos, qui  
 prius mentiri, postea uerū cōfitentur: ueluti adacti cōscientia,  
 que peioris testis est. Sic Plutarchus τὴν Sic Plutarchus τὴν  
 uocat, animi iudicium, quod non corrumpitur.

Bæoticum ingenium. VII

Bocotij apud antiquos male audierunt uulgo, stoliditatis  
 nomine, quemadmodum superius ostensum est. Vnde quic-  
 quid insulsum est, ac stultum, id Bæoticum dicebant. Lu-  
 cianus in Ioue tragædo, ἐγχερικον ποτὸ ἐγχεικὸς ἢ δὲ  
 νῶς βοιωτικόν, id est: Istud quod dixisti prorsus agreste  
 est, et uehementē Bæoticū. Inuenitur et βοιωτικὸς νῶς,  
 id est: Bæoticum ingenium, pro stupido ac stolido.

Horatius in epistolis:

Bæotium in crasso iurare ære natum.  
 Plutarchus ipse Bocotum cum alijs aliquot locis, tum in com-  
 mentario de carnium esu, scribit ab Atticis notatos Bocotos,  
 tanquam brutos et stupidos, ac pingues: idq; propter edacit-  
 atem, quemadmodum alibi meminimus.

Bæotica cantilena. VIII

βοιωτὶ νόμῳ, id est: Bæotica cantio dicebatur,  
 si quibus rerum initia tranquilla, ac prospera fuissent, poste-  
 rior a turbulenta ac tristica. Vnde Sophocles scripsit:  
 ὄσῳν τις ὄσῳν τῶν βοιωτικῶν νόμων. id est:  
 Vbi quis eccinitur cationem Bæoticam.  
 Natum ex historia, nā Bocotij primū libera ac pacatā age-  
 bāt uitam, deinde mortuo Latino in uariis calamitatibus incide-  
 runt, ut illorum cantilena à leto initio in luctum desuisse uideat-  
 ur. Citatur à Zenodoto, Aristophanes in Acharnensibus ista  
 pare uidetur pro catione ratur atque indola:  
 Δεξίθου εἰσέειναι ὄσῳδου βοιωτικῶν. id est:  
 Dexithous intrat, qui canet Bæoticum.

**Bœotica ænigmata.** IX

Βοιωτικά ἀνιγμᾶτα, id est: Bœotica ænigmata, dicebantur oblique atque obsecrare dicta, quæq; perdifficile percipi possent. Sumptū à fabula Sphingis monstri T bebant. Ea proposuit Oedipo ænigma huiusmodi:

Τετραπύς, δίπους, καὶ πᾶν τριπύς. id est: Quadrupes, bipes, ac triusvum tripes. Id Oedipus interpretatus est, hominem esse, qui puer manibus quoq; pedū uice nititur: deinde cōfirmato gradu duobus pedibus se sustinet, donec ætas decrepita baculū, seu tertium pedē addat. Exiat epigrāma Sphingis ænigma cōspiciens ad hunc modum:

Ἐστὶ δ' ἄρα μοι ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπυρος, οὐ μίαν φωνὴν καὶ τρίποδ' ἀλλότριαν δὲ φωνὴν μόνον, ὅσ' ἐπὶ γῆσιν Ἐπιπέτ' ἀνιγτᾶται, ἀντὶ ἀδύτου καὶ ἡλὶ πόντου. Ἀλλ' ὑπόσταμ' ἡλείσοισιν ἐπεργάζομαι προσέβην, εἴθε τάχος γήϊοισιν ἀφανιστοῦτο μὲν ἄνθρωποι. id est: Est bipes in terris et quadrupes, haud eadem uox Et tripes: innumat speciem hoc ex omnibus unum Quæcumque in terris repant, uolat æthera circum Perq; mare: ast ubi iam pedibus compluribus auctum Accelerat gressum, iacetis tum maxima membris Segnitius ac torpor adest, minimumq; uigoris.

Hesiodus itaque in secundo Georgicon libro tetrali ac senio iam incertum, tripedem hominem appellat. Τότε δ' ἢ τρίποδ' ἔβοτον ἰσοί. id est: Tunc iam tripedi mortali similes.

**Bouem in faucibus portat.** X

Βοῦν ἐπὶ γυμνασίου φέρεα. id est: Bouem in faucibus portat. In eadem olim dicebatur. Natū, uti conijcio, uel à Thea gene athletea Thasto, uel à Milone Crotoniati: quorum alter bouem solidum solus comedit, teste etiam Græco Epigrāmate, tum autem Posidippo apud Athenæum. Alter, ut narrat apud eundem Theodorus Hieropolites, in Olympijs tuarum quadrinum humeris sustulit, ac statim spacio gestauit, eumq; eodem die solus comedit. Cuius rei meminit et Aulus Gellius in nocibus Atticis.

**Bœotijs uaticinare.** XI

Βοιωτικῆς μαντικῆς νόσος. id est: Bœotijs uaticinare. Abomni nātis est fermo, perinde ut dicimus, hostibus ista uaticinare. Capiti cane talia demens Dar danto. Et: Hostium iuxores, pueriq; cæcos Sentiant motus orientis austru, et Aequoris nigri: Et: Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Arius autē dicitur in eū, qui tristitia uaticinator, si quādo precabimur, ut ea in ipsius caput recidat. Zenodotus ab euentu natum scribit. Heraclidem allegat autorē. Olim, inquit, cum Thebanis de belli euentu consuleret oraculū, uates que tū Dodone respōnsabat, ait eos fore uictores, si quid impie parassent. Itaq; cōsultorū quidam arceptum Myrtilan: nam id multos fatidica nomē, in lebetem aqua calida seruentem, qui forte inibi aderat, iniicit. Sunt qui narrent Bombum diuinum quendam Thebanis de belli successu sciscitantibus, responsūisse futurum, ut quā plerimos uincerent, si prius quæpiam ē ducibus immolassent. At illos Bombū ipsam interēptū immolasse, atque hinc ortum procerbium.

**Arietem emittit.** XII

Ἄγρυ πρὸς ὄρεα. id est. Arietem obijcit. In rixæ, pugneq; cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscipitur feciale mitebat, qui arietē ad ductū in hostiū fines immitteret: hoc significans pacto ciuitatem et agros illorū hostiūbus compascuos fore. Autor Diogenianus.

**Argenti fontes.** XIII

Ἀργύροι κρήναι λαλοῦσιν. id est: Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabatur ij, qui solide quidē, atq; indoctē, sed arrogatē tū et cōfiditē loquentur, opibus uidecēt suis freti. Vidgus enim diuitiū dulci, ut ait Horatius, fortuna ebrīū, hoc quoq; putat suis diuitijs deberit: quicquid dixerint, id protinus uelut eruditū oēs suspiciant et approbent, Quod notans Flaccus:

Mæe, inquit, contentere noli, Stultitiam patimur opes. Item alibi: Et quicquid uolet, hoc ueluti uirtute paratum, Sperauit magne laudi fore. Huc pertinet et minus ille uentiquam inueniuitus: Fortuna quæ nimium fouet, stultum facit.

Item illud ex Antiphane apud Stobæum: Ὁ ἢ πλάστ' ἔμιας κατέσθη ἰατρὸς κακοῦ, τυφλοῦς βλεπόντων, πᾶσαλαβῶν πάντας ποιεῖ. id est: Opes enim nos sicuti medicus malus, Vbi ceperint reddant uidentes ilico cæcos. In eandem sententiam, Menander in seipsum lugente: τυφλὸς ὁ πλάστ' ἔμιας κατέσθη ἰατρὸς κακοῦ, αὐτὸν δακνύσιν. id est: Cæce diuitie, atque eos, qui se intuentur, cæcos reddant.

**Rursum illud eiusdem:**

Τὴν ἀρετὴν πρὸ γήνητος ἴλιον εὐφῆ, ὅτε πλάστ' ἔμιας κατέσθη ἰατρὸς κακοῦ, εἰς ἔσπερον ἔσθ' οὐκ εἴ τι τὸ προῖδεν ἦν. id est: Nimis insolens tum redditur lasciuia, Quoties opes qui possidet, mores repens Mutat in alienos pristinis contrarios.

Diximus alias, fœnū habet in cornu. Felicitatis comes esse solet ferocia. Pinarius in Isthmijis hymno tertio. Ἐπιεῖ ἀνδρῶν ἐν τυχεύσεσσι, ἢ σὺν ἐβ' ὄρεσι ἀεθλοῦ, ἢ ὀδινὴ πλάστ' ἔμιας κατέσθη ἰατρὸς κακοῦ, αὐτὸν δακνύσιν. id est: Si quis uir fortunatum fuit uel in gloriofis certaminibus, uel in opulentia, obtinet, uo atunt, magnificam saturiatem, dignus qui laudibus ciuium aduiscatur. Quas drabit in eos quoq; quorum oratio propter opū fiducia plus satis libera atq; audax uidebitur. Nam quemadmodum pauperas timidiatē adfert, itidem opulentia τῶν πρὸς ἄλλους, id est: lo quemā confidentiam adducere solet.

**Terram pro terra.** XIIIII

Ἰλῶ πρὸ γῆς ἐλαυνέσθω. Prouerbialis est figura in hominem exdem, erroneam, et incertis usantem scibus.

**Aristophanes in Acharnensibus:**

Ἐὰν δ' ἰσώκημ γῆν πρὸ γῆς. id est: Seclari terram ante terram. Item alibi: Ἐγὼ δὲ φησύνω γῆν πρὸ γῆς ποθεῖμι μὲν. id est: Ego uero fingo terram ante terram metuens. Lucianus in pseudomaiæ: Ἀλλ' ἔδ' γῆν πρὸ γῆς ἐλαυνέσθω, id est: Sed oportebat ad terrā pro terra uelut. Apud Latinos solum uertere dicuntur, qui exiliū causā migrant aliō. Alciphron in epistolis: Ἀναστάσος ὀπίσσω γῆν πρὸ γῆς φησέμεθα μάλλον. id est: Demergas quolibet fugiā potius terrā terra cōmutans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, libro decimo quarto: Hæc est alia ferre non possum, itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Significat se de fugiendo cogitare.

**Ne ad aures quidem scalpendas ocium est.** XV

Prouerbialis est hyperbole, cū ne minimum quidē ocij se peresse significamus, dicimus nec tantillū uacūū tēporis esse. x 2 quod

quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in bis accusato: οὐδ' ὄσσοι κινῶσθαι τὸ ὄρε φασί, καὶ οὐδ' ἄγασθαι. id est: Ac ne tamisper octofus, ut autē, sicut autē, scalpere uacet.

Citius in nauī cadens a ligno exciderit.

XVI  
Ὁ ἄλλοτε ἄρ τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διὰ μαρτύριον ἔβλε, id est: Citius alicui in nauigio cadenti lignū defuerit. Hyperbole prouerbialis, quia tantum ubiq; copiam significamus: ut quocūq; te uertas occurrat quoad queris. Etenim cum nauis ipsa undiq; sit lignea, nō potest nō in lignū incidere, quisquis in ea cadit. Lucianus in bis accusato: ὃς περὶ τῶν πλοίων ἔβλε, οὐδ' ὄσσοι κινῶσθαι τὸ ὄρε φασί, καὶ οὐδ' ἄγασθαι. id est: Itaq; iuxta prouerbiū citius fiet, ut in nauī lapsus, non incidat in lignū, quān ut quocūq; aspexerit oculis, philosophum desideret. Taxat Lucianus philosophorū turbā tantā, ut omnia ubiq; plena uideantur, nec liceat effugere.

Epiphythizare.

XVII  
Ἐπιφυθίζεσθαι. Lacedaemoniorū adagio dicitur, pro eo quod est, inuim merū intemperātus bibere. Et Achaeus in Aethone Satyrico σκυδιπώϊν, sive ut in quibusdā exphlariis legitur, σκυδιστιπώϊν dicitur, pro eo quod est, ἀκρατοσώϊν, hoc est, meracius bibere. Athenens libro decimo Dipnosophylarū, ex Herodoto est Chamelconte autoribus refert, Cleomenen regē Sparῶν, cū Scythias agēnē cōsuetudinē, et illorū ἀκρατοσώϊα, id est, meripotionem imitantem in insaniā uersum fuisse. Scythi autē et Thracēs ἀκρατοσώϊα uocantur, id est, meribibus plerunq; conuina illorum sanguinolenta sunt et tumultuosa. Apud eundem, nescio quis, ἀκρατοσώϊα, σκυδιπώϊν appellat. Commodē despectus licet, ad cuiusvis rei intemperantem et inmodicum usum.

Vinum caret clauo.

XVIII  
Aithenus eodem libro de potationibus differens huiusmodi prouerbiū eleganter uulgo dici solere scribit: τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πινάκιον. id est: Vinum non habere clauū: propterea quod ebrietas nihil consulte, neq; moderate, uel dicit, uel facit. Obruitur enim ratio, que clauū uice sobrios moderatur, ac gubernat. Huc pertinet Ouidianum illud: Nox est amor, inuimq; nihil moderabile fudent, Ille pudore uacat, Liber, Amorq; metu.

Vinum femem etiam uel nolentem; falcate compellit.

XIX  
Ac uiribus ibidē hōiē carnē prouerbio iactatū scribit: οἶνον ἀνεγχε γέγοντα καὶ οὐκ ἐπέλοντα χορδαίον. id est: Vina femem, ut noluit, cogunt ducere choreas. Admonet nihil esse tam ineptum, neque tam alienū, ad quod non incitet ebrietas. Subijcit et aliud carmen non dissimilis sententiē: οἶνον καὶ φρονιόντα ἐξ ἀφροσύνης ἀναβάλλει. id est: Insanire facit sanos quoque copia uini.

Idem libro quarto dipnosophylarum adducit prouerbiū ex Eripho quodam comœdiorum scriptore. Ἀγασθὲν γὰρ ἐστὶ ἀρχαῖον οὐ κακὸν ἔχειν. οἶνον λέγουσι τοῖς γέγοντα, καὶ πώποτε πεδῆν χορδαίον οὐ δέλοντα. id est: Recte uelut so dicitur prouerbio, Quod uina senibus persuadent, o pater, Vt uelint nolint, choreas ducitent.

Ranis unum preministras.

XX  
βαρῆχαίος οἰνοχοῦς. id est: Ranis unum infundis.

In eum dicebatur, quā id minifiraret, quo nihil esset opus ei, cui exhiberetur: ueluti si quis apud indoctos multa de philosophia disserat. Ranis enim nihil opus uino, aqua palustri magis gaudentibus. Explicatur adagiū a Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherecrates apud Atheniē, in Coriano. ἐστὶ ἐξ κορακίας βορῆχάχαιος οἰνοχοῦς ἐστὶ δ' εἰ. id est: Abi in malan rem, ranis pillariis te oportuit. Obiurgat enim pin-cernā, quod quatuor uini cyathis duos infunderit aqua. Vnde licet concipere prouerbiū in hos quoque conuenire, qui uia nom inmodica diluunt aqua: ita ut aquam, non uinum bibere uideantur ranarum ritu.

Ouo prognatus eodem.

XXI  
Fortassis simpliciter dictum est ab Horatio: Quo prognatus eodem. Quandoquidē ad fabulā respicit Lede, que grauidā ex Ioue in cygnū cōuerso, ouum peperit: unde gemini prognati Castor et Pollux. Id eoum Pausanias in Laconicis refert, et ostendit apud Lacedaemonios suspensum teniis a testudine templi. Verum si quis hoc dictū despectat ad ipsū nato parentibus, aut ab eodē eruditus preceptore: aut ita cōsimilibus ingenijs, ut eodē ouo nati uideri possint: nihil eque fuerit prouerbiale: ueluti si dicas: Vultus, ingenium, mores, facta, ac profus omnia sic huic cū hōe cōueniunt, ut iures eodem prognatos eum. Aristoteles libro de generatione animalium quinto, ostendit id iuxta naturā fieri, ut ex eodē ouo duo pulli nascantur: et quidem perfecti, si ualeat mēbra dirimatur. Idem si coherant et cōnsistantur, factum eadē monstrifium.

De curru delapsus.

XXII  
Ἐν μαζορῶν. id est: De curru delapsus. In hodiernū quoq; uulgo dicit adagiū, in cū qui oblitus propositi, alio se irāssert: aut q in sententiā labascit, ut de curru delapsus dicatur, quē admodū ab asino delapsus. Aristophanes in Ranis: Ἐν μαζορῶν φησὶ. id est: Animus a curru decidēs, hoc est, aberrās ab instituto. Natam apparet a fabulā Phaethontis, quem ferunt curru excussum. Siquidem animus uelut auriga corporis est, et corpus eum uehiculum. Est et apud Platonem de animabus ē celo delapsis, quod curribus suis essent excussae.

Numerus.

XXIII  
Si iuuenis furcis, uaga et inconsulta iuuenta est,  
 Viribus effrata est cana senectus sua.  
 Ergo quid reliquam est, quae, nisi sanus ut optes,  
 Alterutrum, aut nunquam tristibus et finibus  
 Materni prodisse uteri, aut ubi protinus illinc  
 Exieris, stygijs abdit in latebris?

Metrodori sic habet huc diuersum:  
 Πῶ τοῖσιν βίῳ τοιο τάμοι τῆ βουρῆ, ἢ μὴ ἀρετῆ μου  
 Κῆδεα ἢ καὶ πῖνται πῆξις, ἢ δὲ δόμοις  
 Αμπακῶ, ἢ δὲ ἀρετῆς, φῆσῳ ἔχεις, ἢ δὲ θαλάσῳ  
 κέρθῳ, ἐπι ζείνω, ἢ μὴ ἔχεις τῆ, καὶ ἄθ.  
 ἢ δὲ ἀπορῆ, ἢ μόνος οἰδῶ, ἔχεις γάμορ, οἰκῶ ἄρεσις  
 Ἐστει, οὐ γαμῆς, ἢ ἔτ ἐλαρεστέθ.  
 Τέκνῳ, πόνου, ἀφρονεσ, ἢ πῆρε βίθῳ, αἰ νῆοτῆ περ  
 ρῶμαλέμ, πολυαἰ ἄ ἔμπαλιρ εὐσεβέε.  
 Οἰκῶ ἄρετῆ δῆοιρ ἔνοδ ἀίρεσις, ἢ το γενέθῳ  
 Μὴ ἔποτ, ἢ το δανῆρ, πάντα γὰρ ἐδῶλα βίε.

Quod ipsum etiam ad hunc modum traduximus:  
 Quae libet ino uiam uitae ingrediare licet ibi  
 Vndiq; blanditur plurima commoditas.  
 Concio si placet atq; fergus, hinc uberrima fama  
 Materia, hinc inens gloria colligitur.  
 Hic bene tractandis prudentia callida rebus  
 Exeritur, rursum uita quiesca domi est.  
 Rura petis, uario illic oblectamine mentem  
 Naturae facies pascet amena tuam.  
 Dulcia praedias lucra suppeditauerit equor.  
 Si peregre uiuis, resq; tibi iuper est,  
 Multus honos comitatur, habes nihil, ergo pudoris  
 Est manus, ipse tibi confusus unius eris.  
 Vxor ducta tibi est, domus optima proinde futura est.  
 Non ducta est, curis exoneratus aget.  
 Si tibi dulce patris cognomen, pignora nata

Donant, et quod ames, unde et ueris erit.  
 Orbis ages, ubi est sine sollicitudine uita.  
 Quam patribus sobolis ferre alitura solet.  
 Vt constant iurid, uoburq; uigorq; iuuentae,  
 Commendat pietas sic tua canicem.  
 Nil igitur uideo cause, cur alterutrum optes  
 Aut nasci nunquam, aut interijisse statim.  
 Quandoquidem humane que tandem est portio uitae  
 Non optanda bonis, atq; adamanda suis?  
 Extat in hac sententiam et Aufonij carmen non inelegas,  
 In quo collectis omnibus huius uitae malis, concludit ad hunc  
 modum: Ergo

Optima Graiorum sententia, quippe homini aium,  
 Non nasci esse bonum, aut natum cito morte perire.  
 In hac opinione uiaētur et Thraces fuisse, quibus mos erat  
 In lucem a ditos lachrymis prosequi, mortuos conuuijs et  
 tripodijs. Huius rei meminit Quintilianus institutionum  
 oratoriarum libro quinto. Item Plinius et Valerius Maxima.  
 Herodotus in quinto historiae suae libro, a quo haec fa-  
 bulula profecta est, ait Trasos gentem esse Thracibus finiti-  
 mam, quae cetera quidem cum Thracum moribus eōcoreret,  
 unum illud habebat peculiare, quod edito infante, propinquā  
 circūsidentes cum ploratu conuenerent, quantum calamita-  
 tum illi sit perferendum, uitaui ingresso. Contra defunctum  
 hominem cum lusu letitijsq; effratis, recensentes quā mul-  
 tis malis subducus sit. Plutarchus de audiendis poetis et tra-  
 gico quopiam hos senarios refert, quos Aristides in Themi-  
 stocle Euripidis esse docet:

Τὸν φῶντα ἐβλύψῃ εἰς τὸ ἔχειται κακῶ,  
 Τὸν δ' αὖ δανόντα ἢ καὶ πόνορ πεπωμῶμορ.  
 Χαίροντας εὐφροδύνας, ἐκπέμπεμ δόμορ. id est:  
 Plorare natum, ut maxima ingressum mala,  
 At mortuum, uitaeq; subducus mala  
 Effratis Letos, gratulantesq; adibus.

Senserunt veteres uitam humanā per se miseram et calamito-  
 sam esse. Proinde Homerus passim, deoσος ἐσοτῶδε, id est:  
 Miseros mortales appellat. Et hunc emulatus Maro:  
 Optima quaeq; dies miseri mortalibus eui Prima fugit.  
 Menander apud Stobaeum, sufficere putat ad calamitosi no-  
 men, ut homo sit:  
 Αὐθῶπος ἰκαὶ τῶ φῶσις εἰς το δῆοιρ ἔσοτῶσι  
 Ως γὰρ ἐπιρωλῶσαντο δῶο δῶλοισι ἐσοτῶσι  
 Ζώερ ἀχνυμῶνε, id est:  
 Sic etiam satuere dei mortalibus aegris,  
 Ut uiuant curis districti.

Idem alibi:  
 Οὐ μῶν γὰρ τί ποτ' ἔσῃμ διζυρῶπερ ἀνδρῶς  
 Πέντορ ἕστα πὲ γῶμῃ ἐπὶ πνεῖα πῶ ἔπεια. id est:  
 Nil aeque miserum est, ut homo, quae cuiq; animantium,  
 Vitalesq; trahunt auras, serpentiq; per arua.  
 Nec illepide Plautus in Bacchidibus: -Vixisse nimio satius  
 est, quam uiuere.

Tanquam in speculo. Tanquam  
 in tabula.

Hyperbole prouerbiales sunt et he, καθάπερ ἐν κα-  
 τῶ πῆρῳ ἢ καὶ ἰσοσῆς ἐν γῶαφῆ, id est: Tanquā in speculo,  
 tanquam in tabula. De re uehementer euidente, perspicuaq;  
 Terentius in Adelphis: Deniq; inspicere tanquam in specu-  
 lum uitas omniū iubeo. Plauto libro de legibus. x. ὡς ἐν κα-  
 τῶ πῆρῳ, id est: Tanquam in speculo. Propetia quōd inter  
 multa, quae rerum referunt imagines, uelut aquae, as politum,  
 gēme quaedā, nihil aeque perspicue reddit simulacra, ut uirū  
 plumbo



plumbo sublitum. Nam utrum quidem ut utrum ac pellucidam maxime capax est imaginum, uerū acceptas nō perinde continet ob pelluceniam: proinde sublitum plumbum, ob nigrorem aliquem naturæq; densitatem, sicut impressam imaginem, neq; dilabi sinit. Euanque enim simulachra non secus atq; candelæ lumen, in sole, quocumq; excipiuntur in corpore nimum tenui perspicuoq;, uelut in aëre, pura aqua, crysallo, uitroq; nō obscurato corpore alicuius oppositu. Rursus in nimum densis et obscuris non herent, uelut in silice, lignoue. Proinde natura solertissima rerū omniū architectrix, oculum animatum ad speculorum imaginē finxisse uidetur, quippe parti pellucenit nigrorem quēdam adiunxit: at tergo, quo sublato, protinus tollatur et uideādi facultas. Vnde scite dictum est illud, ut speculum oculus est artis, ita oculum esse nature speculū. Illud miraculo dignum, speculum non modo clarissime representare simulachra rerum omniū, quæcumq; obiecta sunt, uerumetiam interualla, color es, motus, breuiter res ipsas penē dixerim euidentiū quam sunt, hoc uno discrimine quod aduersa refert. Cuius causa hæc est, quod species quæ à corpore solido per aërem manat ad speculū superficiei, simplex, puraq; est, unde fit, ut non alia sit auersa, quam aduersa. Quibus de rebus acutissime multa differunt Ambrosius Leo Nolanus noster in questionibus suis. Iam ars picturæ à rubibus initijs profecta, eo subilitatis excreuit, ut non oculis hominū, sed etiā aubus imposuerit, effeceritq;, ut ueras res esse crederent, quæ coloribus erant factas.

**Salstitudo non inest illi.** LI

ΑΛΗΘΕΙΑ ΟΥΚ ΕΝΕΣΤΙΝ ΟΥΤΩΣ, id est, Salstitas nō inest illi. In infacetos et fatuos ac stupidos. Sal enim primum maximeq; cōmune cōdimentum uidetur. Plinius lib. xxxi. indicat, metaphorā esse sumptam ab usu salis, quod in omnibus cibis sit condimentum uice, et audientiam inuitet. Ergo hercle, inquit, uita humana sine sale nequāt degere, adeo necessariū elementum est, ut transferit intellectus ad uoluptates animi quoq;. Nam ita sales appellatur, omnisq; uita lepos et summa hilaritas, laborumq; requies, nō alio maxime uocabulo constat. Atq; hinc insulsa oratio, quæ nihil habet lepōris, et insulsus homo, moribus inelégantibus. Cōtra salsum dicitur, quod acrimonia quadam mordeat. Et sales uocant se si uiter et argute dicta, nō sine illecebra quadā mordacitatis. Seneca non uidet sales nostros denotios esse. Quintilianus institutionē libro sexto, capite de risu: Salsum, inquit, in cōsuetudine, pro ridiculo tantū accipimus. Natura nō utiq; hoc est, quanquā et ridiculus oportet esse salus. Nam et Cicero, omne quod salsum, ait esse Atticorum, nō quia sint maxime ad risum cōpositi. Et Catullus cum dicit:

Nulla in tam magno est corpore mica salis,  
Non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculū. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis cōdimentū, quod sentitur latente iudicio, et uelut palatum excitat, quod et à ledio defendit orationem. Sanē tamen, ut ille in cibis paulo liberalius aspersus, si tñ nō sit imo dicus, adferi aliquid proprie uoluptatis: ita hi quoq; in dicio habet quiddā, quod nobis faciat audientē sitim. Hactenus ille. Porro Catulli carmen, quod Fabius citat, sic habet:

Quinta formosa est multis, mihi candida, longa,

Recta est, hæc, et ego singula confistor.

Totum illud formosa nego, nam nulla uenustas,

Nulla in tam magno corpore mica salis.

Quo quidē in loco stultissime capite Fabium Catullianus interpretes, quasi poetæ uerba parū perpenderit, cum ipse dora-

mias Fabij uerba parum perpenderit. Negat enim Fabius salsum uocari, quicquid ridiculum sit, etiā si iudgo sic usio parent indocti. Allusit ad hoc adagium Terentius in Eunuchis: Qui habet saltem, qui in te est, situm militem et insipidum intelligi uolens. Cui postea simili ironia, Atticam tribuit eloquentiam. Refertur à Diogeniano et Zenodoto.

**Acetum habet in pectore.** LII

Huic germanū est Plautinum illud in Bacchidibus: Nunc experia, si me acetum, tibi cor acre in pectore. Legitur et aliis apud hunc ipsum: Equid habet acetum in pectore? pro eo quod est: Num sapientium quid habet astutiae? Nam ut salsa, itidem et acida, palatum inuunt, acuntq;, et iritant stomachum. Horatius in sermonibus, acetum pro mordacitate dixit:

At Græcus postquam est Italo perfulsus aceto  
Perfusus exclamauit. Et hoc ipsum aceto p̄fundere, pro uerbij specie habet, sicut et illud ex sermonibus Horatianis: Ad item quod sale multo

Vrbem defricuit chara laudatur eadem.

**Solus sapit.** LIII

Narrat Diogenes Laërtius Chrysippum philosophum usque adeo sibi placuisse, ut consultus à quodā, cui potissimū filiū suū philosophiæ præceptis insituentiū traderet, sibi cōmittendū responderet. Nam inquit, inquit, alius me præstantiorem arbitrat, ipse apud hunc philosophiæ dare operā. Vnde et illud Homericū de eo uulgo iactatum fuisse, quod solus saperet, reliqui uero umbræ ferrentur. Est autem apud Homerum *Odyssææ*. K. de uate Tiresia, cui uui Prosperina dederit, ut etiā uita defunctus saperet, reliquas umbras uoluntare, et eas quidem nihil aliud quam umbras: τῶν ὕδ' ἰδὲ πῆδύων ἴδωσιν ὡς πρὸς πρὸς ἀφ' ὧν, οἷον ὡς πῆδύων, τοῖ δ' ὄντιαι ἀϊόσσι. id est: Huic etiam extinctio dederat Prosperina mentem Solus uti saperet reliquas uolitantibus umbris.

Vt insuper et à Platone, tanquā pro uerbij loco. Vnde licet cōijcere carmen Homeri, unum fuisse ex ijs, quæ plurimā Macrobius scribit, adagionū instar solere celebrari. Sic et Cato de Scipione pronuntiatur, ut narrat Plutarchus in præceptis ciuilibus: ac uisum in apophthegmatis Romanorum. οἷον πῆδύων, τοῖ δ' ὄντιαι ἀϊόσσι. id est, Solus sapit, alij uero umbræ feruntur. Apte dicitur de ijs, quā tanto intervallo reliquos omnes post se relinquūt, ut illi nihil nisi umbra præhis esse uideātur, planeq; quædamodū Græci dicunt, τῶν ὕδ' ἰδὲ πῆδύων, id est, Nigæ deliriatq;.

**Canem excoriatum excoriat.** LIIII

Καὶ αὖτ' ἔλεγον δ' ἐδ' ὡς πῆδύων, id est, Canē excoriatē excoriatam. Suidas ait dicit solere de ijs, qui iterū ea patiuntur, quibus aliquandō fuerant afflicti. Aristophanes in *Lysistratā*, nā hanc quoq; nomine huius inscriptam inuenio: τὸ τὸ φρεσῶντος, καὶ αὖτ' ἔλεγον δ' ἐδ' ὡς πῆδύων, id est, Ille ille Pherecratis, canē excoriatē excoriatā. Diogenianus ait cōuenire in eos, quā frustra sumunt operam. Sunt qui putent magis cōuenire, cum quis affligit afflictum. Confine est illi, quod alibi diximus, ἄσσορ δ' ἔλεγον, id est, Vrbem excoriat. Quo d' insuper Aristophanes in *Nebulis*.

**P̄rque enses, p̄rque ignem oportet irrumperē.** LV

Διὰ τῶν μοχλευσῶν, ἔτι πρὸς τῶν ἔλεγον, id est: P̄rque ignem eundem est, et p̄r enses impetu. Cum significans quis dicitur periculi subiectum. Aristophanes in comœdia, cui titulus *Lysistrata*:

ἔαρ μαραστὶ δ' αὖ τῶ πυρός, ἐδ' ἔλωσ' ἑσθ' ἵπτα. id est, Etiam si sit opus, per ignem tre cupiant.

Et Terentius ait parastitum non gratatum, uel e flamma cibum petere, Calliae adulatores taxavit comodia. ὕμν' οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐ δὲ χαλκός, ἐν γὰρ μὴ φοιτᾷ ἐπ' αὐτῷ, id est, Quod non ignis, non ferrum, neq; aes probauerit illos, quo minus uentiat ad cenam. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello de discrimine adulatores et amici. Horatius item: Per mare pauperem fugiens, per saxa, per ignes, Impiger extremos currit mercator ad Indos.

M. Tullius Tuscus, quæst. lib. ij. Que flamma est, per quam non cucurterint, quæ hæc olim punctis singulis colligebant, id est: Quid non uel fecerunt, uel perpessi sunt?

**Non impetam lingua.** LVI

οὐκ ἐπιγλωτίζομαι, id est, Nō incessam lingua. Figuræ nouitas in prouerbio abijisse uidetur, autore Dio geniano.

**Aristophanes in Lysistrata:**

Περί τῆς ἀδωδωρῆς οὐκ ἐπιγλωτίζομαι. id est, At lingua Athenas nequitiam incessam mea.

Hesychius citat Aeschylum in Heraclidis. Græcis ἐπιγλωτίζομαι, est linguæ conuicis incessere, quasi dicas, in linguæ re, quemadmodum à uola dicimus inuolare. Propter uero pertinet ad male ominantes. Ræspuntur enim dicta in omen, uelut in augurium uenturi mali boniue. Vnde semper à maledictis temperandum. Pindarus in Pythijs hymno quarto, inter cæteras uirtutes laudat et linguam à maledictis temperantem. οὐρανήν τ' ἔτι κακὰν γλῶσσαν φανερόν ὄψεσθαι, id est, Priuans malam linguam uoce dilucidâ. Interpres citat in hanc sententiam carmen Hesiodi, Μῆδ' ἐκκαὶ ἐτόσον, μὰ δ' ἐδωδωρῆς ἠικητήρα. id est, Haud solitum locis cerare bonis maledice.

Vti licet, cum significabitur nos de re quampiam periculosa nolle uerba facere, ueluti de rebus principum aut potētum, οὐκ ἐπιγλωτίζομαι. Verbum inde ductum, quod qui temere loquantur, ὕμν' ἐπ' ἠγλωτίζον ἔλαδο loqui dicuntur, sicut alibi monstrauimus.

**Hæren sine calce.** LVII

Vt autor est Suetonius Caligule Cæsari usque adeo placebat arator, ac uis in dicendo, ut Senecæ orationem sine calce hærenam sit solitius appellare, tanquam dissolutam ac neruis Gallo, Male enim coheret hærenâ in calcem admissæ. Confine illi, quod alio dictum est loco: Scopæ dissolutæ.

**Lupus hiat.** LVIII

λύκος ἔχανον, id est, Lupus hiat, dicebatur siquis rem multam sperat, multamq; appetit, frustatus discederet. Aiant enim lupum præde inhiantem riuulo late diuidio accurrere, quæ si frustretur, obambulat hiantem. Aristophanes in Lysistrata, οὐκ ἔτισόν οὐδ' ἐμ, εἰ μὴ τῆς λύκος κερκερῶν, id est, Quibus tutum nihil, nisi lupo hianti. Item Lucianus in Gallo, εἰς ἕμ' οὐκ ἔτισόν λύκος ἔχανον, id est, Ingrediebatur itaq; cum parum abijisset, ut lupus hiat discederet. Dionysius Sophista in epistola quæpiam: ἄρα μὴ ἐλῶτα ἔμαυτῶν εἰς παραίμαρ ἐλῶτα, καὶ γέγονα λύκος ἔχανον, id est, Non insiciens in prouerbium incidit, sicutus sine lupus frustra hians.

**Porcellus Acarnanius.** LIX

Χοίρειον ἄκαρνάιον, id est, Porcellus Acarnanius. In molle et amabile, atq; in delicijs habitum dicebatur. Lucianus in dialogis meretricijs, λέγει μοι φασὶ χουρέας καὶ χοίρειον ἄκαρνάιον, id est, Lenis mihi, ut aiunt, Chereas

et porcellus Acarnanius. Allusum opinor, ad porcellum, quæ inducit Aristophanes, quæ ἀκαρνέσιον, symbolum corum membrorum, quibus obscenæ uoluptates peraguntur.

**Megaricum machinamentum.** LX

Μεγαρικὸν μηχανήν, id est, Ars megarensis dicitur, cum dolo et astute agitur, uo s' necra fide. Olim enim Megareses uulgo male dicebatur, tanquam frãudenti ac ficti, quod aliud sentire soleant, aliud loqui. Citatur apud Suidam hæc senarius: Ἀλλ' ὄχιρ ἠμῶν μεγαρικῶς μαχανῶν. id est: Sed quepiam ars nobis adest Megaricum. Est autè apud Aristophanem in fabula cui titulus, ἀκαρνέϊος.

**Seruis seruo prælati, domini domino.** LXI

Ἐξωδ' ἄρα δ' ἔλεσ', δεωδ' ἄρα ἄρα δ' δεωδ' ἄρα, id est: Seruus, seruis potior est, herusq; hero.

Senarius est prouerbialis, admonens in eodem hominum genere, non statim omnes æquales esse, nec uerum hominum habendam esse rationem, non tantum conditionis. Vt uti generosus antecellit suopte genere plebeium. Vtrum est non medicore discrimen inter generosum et generosum, itidè inter plebeium et plebeium, adeo ut quosdam plebeios nonnullis ingenus anteponas. Aristoteles libro Politicorum primo, τὰ μὲν ἐν τιμωτέροις ἔργα, τὰ δὲ ἀνακρίσιμα, καὶ κατὰ τὴν παροίμαρ, Ἐξωδ' ἄρα δ' ἔλεσ', δεωδ' ἄρα ἄρα δ' δεωδ' ἄρα. id est, Quædam ministeria honoratoria, quædam autem magis necessæria. Et iuxta prouerbio: Herosq; herus, seruosq; seruis est prior.

**Dedali opera** LXII

Δαδ' ἔλεα ποιήματα, id est: Dædalea opera dicuntur, quæ nouo artificio fabricata sunt, et admirando. Hinc nati, quod cum ueteres illi plastæ formas animalium cæcis fingere, et immobiles, sedas in solito artificio, primus et oculos indidit, et neruis quibusdam additis effecit, ut hic atq; illuc mouerentur adeo citre, ut spectantibus uisere, atq; ingre di uiderentur. Vnde ferunt quædam Dædali signa uinciri pedibus ne aufugiant. Huius rei meminit Plato in Memnone, his quidem uerbis: ὅτι τοῖς δαδ' ἔλεσ' ἀγάλμασιν οὐ πρῶτος ἔκινεσ' τῶν νοῦν. ἴσως δὲ οὐδ' ἔτι παρ' ἡμῶν. πρῶτος τὶ δὲ τῶτο λέγεσθαι καὶ τῶτα ἐκείν' καὶ μὴ δεικνύμενα, ἅπερ δὴ τῶσιν καὶ Ἐρατοστεύει, ἔαρ δὲ δεικνύμενα, παραμένει. Ἦ οὐδ' ἔτι ἐκείν' ποιημάτων λελαμμένων μὲν ἐκ τῶτο, οὐ πολλὴν ἄν' ἔξοχον ἔδει ἡμῶς ὕψος ἔρατοστεύου ἐπινοήσαντων, οὐ γὰρ παραμένει. Δεικνύμενο δὲ τῶτο ἔξοχον μὲν, id est, Quoniam non animaduerti in Dædali signa. Forasius ne sunt quidè apud uos. Quorsum istuc dicit? Quoniam illa quoq; ni reuincta fuerint, discedunt atq; aufugunt. Sin uincta sint, consistunt. Quid tum postea? Si quod ex illius operibus solitum possideas, hanc quaquam magno estimandum, perinde quasi seruis possideas fugiuntum. Neq; enim apud te manet. Sin autem uinctum, id magno estimandum sit. Memini et Aristoteles libro Politicorum primo, de seruis loquens, quos ait nihil aliud esse, quàm instrumenta uia. Ἐὶ γούρ, τινεῖ, ἠδ' ὠσατο ἔκαστος τῶ θεγνάνου κελθιδέμ' ἢ προσουδανου μῆθρον ἀποστελέμ' τῶ τῶτο ἔργου, ὠσατο τὰ δαδ' ἔλεσ' φασί, ἢ τοῦτ' ἦ ἠκρίσεσ' ἀπὸ τῶσ' οὐς φασί, ὁ δὲ οὐκ ἔστιν αὐτομάτως ἐξ ἑσ' ὕψος ἀγῶνα, οὐτῶς αἰ κερκίδες ἐκ κερκίδου αὐτῶν, καὶ τὰ πᾶσι τῶτα ἐκιδέρισεσ', οὐδ' ἔμ' ἐπ' ἐστὶ οὐτῶς ἀκρίτεκτοσιν ὑπεκρίσεσ', οὐτῶ τοῖς δεωδ' ἄρα δ' ἔλεσ', id est, Et enim si fieri possent, ut uincti quoq; instrumentum uel iustum, uel per se presentiens, suam

suum opus perageret, quemadmodum aiunt Dædali statuas  
facere, & Vulcani tripodes, quos poëta scribit ultro i diuinis  
erantem prodijisse, itidem ex pëdines per se texerunt, & ple  
bra cithara canerent, haudquaquam opus haberent, neq;  
architecti ministris, neq; domini seruis. Meminit idem de ani  
ma libro primo, reffellens opinionem Democriti, censentis ani  
mam ita mouere corpus, ut ipsa prius moueretur. At enim  
Democritum tale quiddam adserit, quale sit apud Philippum  
comædiarum scriptorem. Is enim scriptis fit a Dædalo lignum  
Venerem fabricatam fuisse, que moueretur argento iuto in  
fuso, oïor, inquit, δμρόκειτ' & πασαπλίστως λέγων  
Θάλασσαν τῆς κομῆς τοῦ ἰδ' ἀσκάδω, φασὶ γο' τοῦ δ' ὠλε  
δ' αλορ κινεῖσθ' ὑλοῦ ποῖσσαι τῆς ζυλίνου ἀφροδίτης,  
ἐρχέσθαι ἄνεμον χυτοῦ. Proinde proteruium ad uarios  
usus poterit accommodari. Vel uisus iniustias arte cōfictas  
significabimus. Nam Homerus artificiosa Dædala uocat:  
Οὐχ ἔστιν ἐπ' ἰσότη' ὠνά ἀλά πάντα τῶν κερ, id est,  
Qui manibus sciebat artificiosa omnia fabricari.

Item Pindarus in Olympiacis:  
κεῖ δ' ἐδάδα ἀλμύλοι ψαθεῖν ποικίλοις  
ἔτεπατῶνά μ' ἴδοι. id est,  
Et arte conficte mendacijs uarijs fallunt fibule:  
Et Vergilius Dædalum Circen uocat, quod nouis & admi  
randis artibus homines uerteret in seras, uel cum inconsistan  
tia & instabilitate cūspitam significabimus. Sic enim apud  
Platonem in Euthyphrone, Socrates argumeta non confis  
sentia, Dædaleis operibus similia uideri dicit. Euthyphron  
autem respondet, Socratem sibi de Dædalo esse, quippe qui  
rationes suas non sinat consistere, uarijs coarctans & euer  
tens, quod paulo ante uisus fit approbare.

Furemque fur cognoscit &  
lupum lupus, LXIII

Εἴρω δ' εὖ τὸν πε φῶσα καὶ λῦκος λῦκος, id est,  
Euremque fur cognoscit, & lupum lupus.  
Aristoteles septimo libro moralium Eudemiorum hunc quoq;  
senarium citat inter adagia similitudinis. Amant enim uulgo  
se mutuo, qui similibus uitijs laborant, præcipue fures. Et lu  
pi latronum instar, collecti grassantur.

Terra amat imbrem, LXIII

Ἐρῶ μὲν ὄμβρος γούα, id est,  
Imbrem quidem tellus amat.  
Vbi quis desiderat ea, que sibi nouit esse accommodata, condu  
cibilisq;. Citat hoc hæmestichium ueluti proverbiale Aristo  
teles libro moralium Eudemiorum septimo, ostendens non so  
lum similitudinem conciliatricem esse amicitie, uelut inter fu  
res, & caucos, & lipos: uerumetiam ad similitudinem nomi  
nam beneuolentia causant existere, contra similitudine odij.  
Nam terra cum superbie natiua sit sicca, amat imbrem, & si  
gulus odit figulum, indolentius amat literatum, mulier uirum.  
Athenens libro decimo tertio, carmen ex Euripide citat:  
Ἐρῶ μὲν ὄμβρος γὰρ ἔταρ ἔξωδον πέδω, id est,  
Tellus quidem imbrem amat, solum quam est aridum.

Herculana balnea, LXV

Ἡράκλεα λαθῶν, id est, Herculana balnea. De impendio  
feruentibus balneis dicebatur, quales legitimus & thermas Ne  
romanas. Aristophanes in nebulis:  
πῶς ψυχρὰ ἄστα πάσι τ' εἶλες ἠερῶν, id est:  
Vbi nam frigida unquam uidisti Herculana balnea.  
Interpres adscribit Ibericum autorem esse, Vulcanum mune  
ris uice submississe Herculi feruida balnea. Atq; inde calida  
balnea Herculana dici coepit. Porro Aristoteles in proble

matris ostendit huiusmodi balnea apud ueteres habita sacra,  
propterea quod ex sulphure, ac fulmine, rebus natura sacris  
proueniant. Pisandrus autem tradit Mineruam, Herculi fesso  
calidum balneum suppeditasse. Vnde mihi sit uerisimile pro  
uerbium recte dici posse, quoties etate aut labore quopiam  
fatigatis, ministerium paulo diligentius ad resuscilandas ui  
res adhibetur. Nam Plato libro de legibus sexto, γουνοῦ καὶ  
λαθῶν, id est, senilia balnea calida uocat, eaque senibus  
exhiberi iubet. Siquidem ueteres frigida laudant, calida  
balnea ualitudinarijs duntaxat exhibebantur. At his tem  
poribus aurige quoque & naute lauant in thermis. Ac  
Germani maxime uitæ partem in hypocaustis transigunt  
pyrastarum instar.

Aut ter sex, aut tres tessere, LXVI

Ἡ τρεῖς ἔξ, ἢ ἔξες κῆσοι, id est,  
Aut ter sex, aut tres tessere.  
Siquado significabimus nos extrema periclitari uelle, & aut  
planè uincere, aut profum uinci, hoc adagio tempus quater  
utemur. Sumptum est a uetulo tesserarum lusu, in quo qui  
uicem iecisset, is modis omnibus superabat: qui tres, is longis  
sime aberrat a uictoria. Nam antiquiores tribus tesseras uitæ con  
sueuerant, non quemadmodum nunc duabus. Tesseras autem  
etiam iactum ipsum appellant, qui nonnunquam plenus est,  
interdum inanis. Itaq; iactus ter trium felicitis uocabatur, triū  
inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, libro de re  
rum uocabulis nono. Porro tesseras eadem esse cum is, quos  
Graeci κῆσοι appellant, testis est Aul. Gell. libro primo, ca  
pite uigesimo. κῆσῶν enim, inquit, est figura, ex omni late  
re quadrata. Quadrantales sunt, inquit M. Varro, Tessere,  
quibus in aluelo luditur, ex quo ipse appellatione κῆσοι. Zeno  
dotus paromiam hanc citat ex Pherecrati fabula, cui titulus,  
Myrmecanthropi. Est enim clausula carminis trochaïa.  
Σιδῶς & Ἀσθχὺλον ἀδικεῖν ἐξ Ἀγαμέμνονε.  
τὰ Ἀσπότην γούρ ἢ παρόντα δισομα  
τρεῖς ἔξ βάλῶσα φη εἶμας φρυκτωσῆας.  
Vsurpatum est a Platone, libro de legibus ultimo, τὶ ὀυδὲ  
σοικτῶν ἐχόντων τῆτων οἴτων ὡς ζῆτες το λαθόμε  
νον ὡς ὀλιον εἰ κοινῆ καὶ μέσῳ εἰκερῆ κῆρῳ  
καὶ ὑπερκεῖν ὠμαρῆ πῆρ ἢ πολιτείας ἐδελομῶν ζυμ  
πάσας, ἢ τρεῖς ἔξ φασὶ ἢ ἔξες κῆσοι βάλῶνται, πάν  
τα ποικτῶν, id est: Itaq; cum hoc in loco res fuerint, quid  
faciendū censet hospes: Iuxta id quod uulgo dicitur, amici in  
sum est nobis par esse, uti rem in publicum & in commune con  
feramus, uel minusq; de uniuersa rep. supremum subire disci  
men, nihilq; non facere, ita ut uel ter sex, uel tres tates iae  
ciamus.

Quanta mus apud Pisam, LXVII

Ὅσα μῦς εἰς τῶν, id est, Quanta mus apud Pisam,  
subaudi tulit, aut simile quippiam. De ijs qui uincunt, & opti  
tis potantur, sed non sine summo negotio, neq; citra magnū  
incommodum suum. Suidas natum ait ab Athleta quodam,  
seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud  
Pisam semel duntaxat uictor discessit, idq; plurimis acceptis  
plagis. Plutarchus Symposiacis commentario quinto, do  
cet apud Pisam, μονομαχίας, id est, singularia certami  
na celebrari solere, in quibus etiam ad cadem usq; affigeban  
tur ij, qui succubissent.

Mus picem gustans, LXVIII

Μῦς ὄρεν πίκαν γουμῶλον, id est, Mus nunc picem gus  
tans. Quiddam aiunt dici solere in eos qui cum antea fuerint  
audaculi & confidentes, postea periculo degustato, planti  
midi

midii videntur. Nondum satis liquet, utrum à more in pice de  
 prehensio sit translata allegoria, sicuti placet Diogeniano.  
 An ab illo de quo meminit Herodotus primo libro in pice de  
 prehensio, atque ita poetas dante. An à pugile illo Taren-  
 tino, de quo alibi quogue scimus mentionem, ut in πινος  
 fit allusio ad nomen urbis, apud quam celebratur cerasina-  
 na. Theocritus in idyllio. §.

Νῦν δ' εἰς τὸς ὄσους μῦθον ἔπειρε θεοῦ νύχτι καὶ μετὰ τὸ ὄσους, id est,  
 Nunc tandem scitimus, ut aiant, Theonyche gustuimus  
 picem. Porro siue ad animam referas, siue ad pugilem nomi-  
 ne morem, eadem ferme manet adagij significatio, videlicet  
 experientiam male cessisse. Siquidem mus imperitus, siquan-  
 do in picem incidit, aut perit, aut uix eluctatur, ac deinde  
 peritulum memor timet contingere. Et pugil ille ante ferrox  
 et iactantissimus, simulatq; certamen Olympicum expertus est,  
 sensitiq; quanti consistit ea uictoria, deinceps abstinit.

Huc spectat illud Horatianum:  
 Dulcis in expertis cultus a poetis amicit. Expertus metuit.  
 Idem iuvenes bellorum imperiti, facile bellum suscipiunt.  
 Senes experti, quantum malorum agmen secum trahat bel-  
 lum, reformidant. Quare non in tempestive dicitur in eum,  
 quem poenitet experimenti, aut qui rem parum feliciter ten-  
 tatum, iterum aggredi re fugit.

Delphicus gladius, LXXIX

Δελφικὸν ξίφος, id est, Delphicus gladius. De re dice-  
 batur ad diuersos usus accommodabili. Quemadmodum ipsae  
 uasculis, et poculorum uice in conuiujs, et clypeorum uice  
 in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum  
 erat fabricatus, ut eodem simul et sacras maclarent uicti-  
 mas, et nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladij  
 cum Euripides in tragedijs, tum Aristoteles Politicorum li-  
 bro primo, differens naturam non gignere singula ad plures  
 usus, sed unumquodque ad suum peculiarem, propriumq; si-  
 nem. Οὐδὲ γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τὸ ἴσον, οἷον χαλκὸς ἴσως  
 ποιοῖ τὴν μάχην, δ' αὖτις ἄλλο τι κενεῖ, ἀλλ' ἕκαστος  
 ἐπὶ, id est, Neq; enim natura tale quippiam facit, quemadmo-  
 dum et arj fabri gladium Delphicum, quasi per inopiam, sed  
 unumquodq; ad singula. Meminit idem huius rei, libro de par-  
 tibus animalium quarto, tractans de linguis insectorum, quae  
 pluribus funguntur officijs, simul et tentantes cibum, et ate-  
 trahentes, et spicui uice aduersus iniurias defendentes, id  
 quod negat facere naturā, nisi coacta inopia, ut idem instru-  
 mentum ad usus dissimiles accommodet, quandoquidem ad de-  
 fendendum magis appositum uideatur, quod fit acutissimum:  
 ad gustandū, quod fit fungosum. Vbi enim, inquit, licet duo  
 bus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura fa-  
 cere solet, quale per inopiam ars excursoria obeliscychnū,  
 ex uerū uictriciq; componit. Attamen si id fieri non potest,  
 eodem ad plura opera abutitur. Vnde mihi uideatur ὁμοίως  
 ἑκὼν ἡ φύσις ἰσχυρὰν ἰσχυρὰν quadraturum prouerbio, quam Del-  
 phicum gladium, nisi forte hic ipse Delphicus est gladius.

Item Euripides in Oreste:  
 Θῦβρον γὰρ αὐτῶν μοῖρα δελφικὸν ξίφος. id est,  
 Fatale enim illi est, ense Delphico mori.  
 Quadrabit igitur uel in pauperes, qui ob penuriam eandem  
 uentem, aut aliam rem quamquam ad uarios usus accommo-  
 dant, aut in uitiosum procremum, et diuersis causis applica-  
 bile. Licet et in seruum sensum accommodare prouerbio,  
 ut si quis eruditionem, Delphicum appellet gladium, quod  
 in omni etate, omni uita conditione sit usui. Nam litera u-  
 nemibus sunt necessariae, senibus uicanda, pauperibus opes

suppeditant, opulentis adiungunt ornamentum, in rebus ad-  
 uersis solatio sunt, in secundis gloriae, claro natis genere,  
 splendorem augent, obsecro genere natis, claritatis inuitum  
 conciliant.

Antequam incipias, confulto, LXX

Antequam incipias, confulto, tibi consuleris, mature fa-  
 cto opus est. Hanc sententiam Salustianum Aristoteles ut pro-  
 uerbialem refert libro morum dicitur Eudemiorum quinto, καὶ  
 φασὶν ἡσυχίην μὴν εἶναι τὰν τὰ δ' ἄεθρα, βαλαύε-  
 δον δ' εἶναι βῆμα, id est, Et aiant mature quidem faciunda,  
 quae decreta sint, ceterum lente, cunctanterq; deliberanda.  
 In hanc sententiam copiosius diximus in prouerbio, καὶ δὲ  
 βῆμα ἔστω. Laudatur hoc nomine Datames apud Aemylum  
 probum, quod ubi cogitasset, facere audebat cogitata, solitus  
 cogitare priusquam conari.

Margites, LXXI

Marginem pro stupido dixit Lucianus in Hermoimio:  
 Ἀλλ' οἱ μαργίτη ἂν δ' αὖτε γένοιτο, id est, Sed existimas  
 te cum Margite quopiam loqui. Hunc ita describit Homerus,  
 citante Aristotele libro moralium Eudemiorum quinto:  
 Τὸν δ' οὐτ' ἄρα σκατῆρα θεοὶ βλάπτουσι, οὐδ' ἄρ' ἔστι  
 οὐτ' ἄλλως τε σοφῶν. id est,  
 Hunc neq; fossorem uoluerunt numina diuina  
 Esse, nec agricolam, nec in ulla praeterea re  
 Scitum aut egregium.  
 Commentum illo Hestadio: Nulla in parte utilis, qui nec  
 ipse sapit, nec alij obtemperat.

Quod factum est, infectum fieri non potest, LXXII

Nihil hac sententia iudgatum: Quod factum est, infectum  
 fieri non potest. Exat apud Terentium in Phormione. Ce-  
 latur ex Agathonis tragedijs ab Aristotele libro moralium  
 Eudemiorum quinto:  
 Μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ δεῖν εἰσέκηται, ἀρχόντα ποιεῖν, οὐδ' ἂν ἔπεσσομεν. id est,  
 Et enim illud unum ipsi negatum est et deo, ut  
 Infecta reddat, facta quae fuerint semel.  
 Vt sapatur in epistolis Ciceronis ad Atticum, non semel uer-  
 sus ille Homericus:  
 Ἀλλὰ τὰ μὴν ἔστω τυχῶναι ἐσσομένη ἀρχὴν μὲν οὐδεῖς  
 Ista molesta licet antea dicit uideri finimus.

Nec incitum Phocylidis carmen, LXXIII

Nec incitum Phocylidis carmen:  
 Μὴδὲ παροχρῶσι μοῖσι κερκοῖς εὐχῆς πέρι ἔπος.  
 Οὐκ εἴ γὰρ δ' ἄνωται τοῦ τε τυγῆμενο μὲν αὐτοκτοῦν, id est,  
 Ne uel malis iam peritritis inueniam excuriaris.

Quod semel est factum, fieri infectum haud queat unquam.  
 Iustitia in se uirtutem completitur omnem.

Iustitia in se uirtutem completitur omnem, LXXIII

Ἐν δὲ ἀνοχρῶσι μοῖσι κερκοῖς εὐχῆς πέρι ἔπος, id est,  
 Iustitia in se uirtutem completitur omnem.  
 Aristoteles libro moralium Nicomachiorum quinto, uersum  
 hunc ut prouerbialem refert. Exiat autem in Elegijs Theo-  
 gnidis. Cheremon bonorum uirtutum summam prudentia  
 tribuit. Cuius hic uersiculum citatur à Graecis:  
 Ο γὰρ φρονῖμ ἐν πάντεσσι συλλαβῶν ἔχει. id est,  
 Cuncta uniuersum, qui sapit recte, obtinet.

Mendacem memorē esse oportet, LXXIII

Quintilianus institutionum oratoriarum libro quarto,  
 sententiam hanc prouerbij uice citat: Mendacem memorē esse  
 oportere. Item Apuleius in apologia Magie secunda: Sape,  
 inquit, audiui, non de nihilo dici: mendacem memorem esse  
 oportere.



oportere. Diuus Hieronymus: Oblitus ueteris prouerbij, Mendaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, neque perdifficile esse, ut qui incutitur semper sibi colect, nisi summa sit memoria. Est autem siclarum rerum memoria non paulo difficilior quam ueruarum. Proinde plerumq; deprehenduntur hoc pacto mendaciarum architecti, dum obliui que prius dixerint, diuersa à superioribus loquuntur. Sic deprehenditur apud Terentium Dams: sic Pylches Apuleiane comentium à sororibus sentitur.

**Malus cum malo colliquescit uoluptate.**

LXXV

Κακὸς κεκοίτης ὡς σωτήριος μηδ' οὐχί, id est: Etenim improbo uir est uoluptati improbus. Refertur ab Aristotele inter similitudinés adagija, libro moralium Eudemiorum septimo. Malus malo incurdus ob uitiuorum commercium et similitatem. Iuuenalis item:

Magna inter molles concordia.

Ab eodem in magnis moribus adducitur ex Euripide.

**Amicitia stabilium, felicitas temperantium.**

LXXVI

Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo, sententiam hanc uelut è medio sumptam refert: Amicitiam esse stabilium, et felicitatem eorum, qui sua sorte contenti sunt. Οὐδ' ὅσως λέγεται ἅπασι ἐν δόλῳ εἶναι βέλους, ὡσαύτ' ἢ ἐν δ' αὖ μοινα ἔῃ ἄρταράκωρ. Amicitia uirtute nõ peruenijs, aut forma concilianda est. Etenim si rebus caducis coellectur, caduca sit et ipsa, necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile, præter uiam uirtutem, que sola fortune ludibrijs obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, que cupidiutate animi non explent, fed irritat, uerum in hoc, ut suam quisq; fortunam boni consulat.

**Leonis catulum ne alas.**

LXXVII

Aeschyli sententia prouerbialis refertur apud Aristophanem in Ranis:

Ὀὐ ραὶ λέοντι ὄσκι μιννον ἔν ποδῶν ἕρεφωρ,

ἐπάλησα μῦθον λέοντα μὴ ποδῶν ἕρεφωρ,

ἢν εὐεσφίτησι ποῖς ἔρποντοῖς ὄσπνετεῖον. id est:

Catulum ne alas leonis in republica.

Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi.

Quod si quis altius, obsequendum moribus.

Admonet enigma nõ esse scienda potèntiam, que leges possit opprimere: qd si forte talis quispiã extiterit, nõ esse e repub. decertare cum illo, quem nequeas nisi magno reipublica malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

**Qui bene conciet, hunc uatè.**

LXXVIII

M. Tullius in opere de diuinatione scribit Grecum uerfi calum extare in hanc sententiam: **Qui bene conciet, uatem hunc perhibeto optimum.** Citat autem eum uerficulum Plutarchus in libello de responsis Pythie: ὁ μοὶ ἐκοῖζωρ καλέλωρ, ὅρ ἀριστορ μᾶλλον ἢ ἐκνήδωκωρ ἢ παρορμία. Quamquam hic in Plutarcho locus mutilus erat et lacer. Attamen colligi potèst: carmen huiusmodi fuisse: Νεῖν ἄε γ' ἄρισθ' ἴσιε ἐκάλε καλῶε. Atq; ita citat ex Euripide, in libro de defectis oraculis. Citat et M. Tullius libro ad Atticum septimo: At, inquit, expeçtio futura μάλα γ' ἄρισθ' est. Hinc allusit Theocritus in piscatoribus, si modo Theocriti sunt illa: οὐτ' ὄρεισθ'. Εἰσι δ' ἐνεσφίτητες ὃ βὴν ἀπακαλῶε ἄσπ' ωαὶσὺν νῆε, id est, Nemo somnia comiectat melius, quam mente magistra.

**Qui regitur.**

Admonet adagium futurorum præscientiã, non è sortibus, aut

augurijs petendam esse, sed à prudentia. Siquidem qui prudentia sit præditus, is ex præteritorum, præsentiumq; comiecturis facile proficiet, quæ sit euentuum. Proinde non inuaria scriptis Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo: Θρωορ μιν καὶ σοφῶν παρῆσαν εἰκοῖται μορτίνῳ, καὶ ἄλλον. id est, Prudentiam atq; sapientium hominum celestè esse diuinationè, et horum tantum. Vtinam haec diuinandi rationem amplecteretur principes, quorum hodie bona pars à prognostis et astrologis pendet, hominum genere, ut nec sunt pleriq; uano pariter ac fœtiosis, et reipub. pestulente.

**Pannus lacer.**

LXXIX

Hominum iam fastidium et reiectus, ἔρεθισθ' πολυχίτης appellat Greci, id est, pannu undiq; lacrum. Sumpta metaphora à ueste logo usu dicitur, atq; ob id reiecta, cum noua fuerit in precio. Sic uentum amicis uirtu uiti uelutibus, dum usui sunt, ac uigent, amplectuntur, curant, ostentant: sicut mal atq; uel etate defecti sunt, uel alioquã utiles esse deserunt, negligunt, ac reieciunt. Lucianus: Ἀρεθὸν δ' ἡ σὲ τὸ τῶ λόγῳ ἦτο ἔρεθισθ' ἠλυχιθῆε εἴρησάσμεθ' ἐξέωσας, id est, Donec ubi te iam iuxta id, quod dici solet, pannum undiq; lacrum reddiderit, expulserit. Idem in eodem dialogo, nempe de mercede seruentibus similitudinem adfert de nouis calcis, qui tantisper in precio sunt, dum noui nitent, ijdem ubi luto succuerunt, in angulum adijciuntur aliquo, atq; ibi nullo carante situ, cunicibusq; opplentur.

**Metum inanem metuiffi.**

LXXX

Ἀδέε δ' ἐδ' ὡεε δ' ἐοε, id est, Inanem metus metum. Vbi quis formidat in re tua. Vergilius: Omnia tuta timens. Inest autem in ipsa Graecanicã dicti figura, prouerbiale quiddam propter æτυμολογίαν. Vt in his quoq; est: Ἀδ' ὡεα δ' ἐοεε, δετ μοὶ, ἄδσο μοε, καὶ ἐβένθ' ἀπὸσφθενε, ἢ ἄμα ἀνυμὸφθ', atq; in id genus alijs, de quibus iam non semel adnotauimus. Refertur adagium in collectaneis Plutarchi, si modo titulo est habenda iude.

**Sycophanta.**

LXXXI

Συκοφάντης, id est, Sycophante cognomen, uulgo probris loco tribuebatur. Aristophanes in Pluto: Ὡε σφωσῶε Ὡε δ' ἀμαρτε εἰσεδιδίθημεν δ' συκοφάντης, id est Vultu ut seuro ingressus est δ' dij boni, hic Sycophanta. Coniucium prouerbiale in calumniatores, et quantum suffilla de causã litem mouentes. Inde natum arbitrantur, quod olim apud Atticos sici essent in precio, multaueruntq; iij que eas furto tollerent. Hos qui obseruabant, aut deferebant, Sycophante uocari cepti, ludibrij causa. Quos eosδὲ Πλατῶν κλάμνας, συκοβίεε, συκοκρῶε, συκολόγηε, Πρωσοῦνεε, συκιδέε, συκιδῶε, συκοπῶε, ὡε, uocabant, id est, uententiam magis quam uerba reddant: De sicis calumniantes, sicias uientes, ficorum custodes, sicos numerantes, ficorum studiosos, sicosfos, sicias puriorum inquit gaudentes. Plutarchus in commentario de ciuitate ostendit, hoc cognomnis hinc natum, quod lege cautum esset, ne quis Athenis sicos esserret, quàm obseruatores nonnullos, qui furtem exportabant, detulerant. Hinc populari ioco Sycophante uocati ὡεα τὸ σῦκα φάινεθ' ἔσθ. Huius rei meminit et in uita Solonis. Festus Pompeius ostendit apud Atheniensis penant capitis constitut. ani ijs, qui sicos furto tollerent. Idem affirmat Athenens libro diuinosophistarum tertio, addens eum locum ubi primum sicus reperta fuit illis ἕρεθ' σικιδῶε, id est, factam sicam uocari.

**Multis parafangis præcurrere.**

LXXXII

Ποζοῖε, παρῶσῶγγεε, νητεφῶγγεε, id est, Multis parafangis